

**ROOB SAMBUCI.** Hollunderbeerennuß. *Rob de Sureau.*

Synon.: Succus Sambuci inspissatus et depuratus, Roob Baccarum Sambuci sine Saccharo et cum Saccharo. Pulpa Sambuci. Bliebnernuß, Hollundernuß. *Extrait de baies de sureau.*

Rec Baccas maturas Sambuci nigrae contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, Succum preli ope ex sacculo linteo exprime, sepone ut faeces subsidunt per dies aliquot, tum cola.

Hujus Succi Libris sedecim adde

Sacchari albi Libram unam, et leni calore ad Roob consistentiam inspissa.

*Vis:* diaphoretica.

Sit pulpa coloris intense rubri vel fuscii, in aqua solutione parum turbida e nigrescenti-fusca solubilis, saporis dulcis aciduli, sambucini. Cuprum ne contineat, quod facillime ope spathulae ferreae immersae exploratur.

*Usus:* in refrigerio.

Cum formula superiore convenientur Ph. Bav. Slesv.-Hols., Lipp., Hass., Oldenb., Polon., Saxon. 1837, Bor. ed. 3. Succi Libras quinque et unam Sacchari vult Ph. Edinb., Succi Libr. quatuor Ph. Dan., Disp. Fuld., Succi Libr. sex Disp. Brunsv., Ph. Ross., Wirt., Succi Libras novem Ph. Austr. praecepit. Ph. Bor. ed. 5, hac in re non bene consulta, praecepit Succum Sambuci crudum iterum Aqua solvi, post decanthationem colari, ad syrapi consistentiam evaporare, et partem sedecimam Sacchari albi (pro ratione Succi crudi) addi. Minime enim probandum est medicamenta ex culina rustica coemi et repurgatione tantum ad usum medicum adaptari. Pharmacopola ipse Succum Sambuci inspissatum et non quidem crudum, sed purum statim ab ovo praeparet. Ph. Dubl., Gall. 1818 et 1837, Genav., Lipp., Sard. Succum absque Saccharo admixto in roob formam insipisci volunt.

**ROOB SAMBUCI DEPURATUM** Ph. Bor. ed. 5. vid. vocem antecedentem.

**ROOB SORBI AUCUPARIAE.** Bogelbeerenuß. *Rob de Sorbes.*

Disp. Fuld., Lipp.: Baccæ Sorbi aucupariae in mortario contusae, coquantur, ad-

dita aqua ut pollicem supereminat, per horam dimidiā, tum exprimantur. et succus expressus ad roob consistentiam evaporet.

**ROOB SPINAЕ CERVINAE** s. Rhamni. Kreuzbeerennuß. *Rob de Nerprun.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Baccas Rhamni cathartici contunde et sepone in locum separatum ut fermentationem subeant, tum exprime et leni calore ad roob consistentiam fac evaportare. Ph. Austr. 1834: Succi expressi Libr. novem, Sacchari albi Libr. unam, redige evaportando ad roob consistentiam.

**ROOB TONICUM ET ANTI PERIODICUM** PIERQUIN.

Rec Cort. Citri, — Aurant. — Unc. unam et semis, Infus. Fol. Ulmariae Libr. semis, Aq. Naphae Unc. unam, contunde, cola, adde Chinæ Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas.

**ROOB UVARUM,** Sapa Uvarum. Traubennuß. *Rob de raisins.*

Succus uvarum expressus, qui mustum (Wohl) audit, leni calore ad roob consistentiam evaporet.

**ROOB VITIS IDÆAE.** Preißelbeerennuß. *Rob de Canneberge ponctuée.*

Disp. Fuld.: Succus expressus baccarum Vitis Idæae cum quadrante Sacchari albi ad roob consistentiam evaporet. Disp. Lipp. absque Saccharo.

**ROTULÆ,** Synon. Trochisci, Pastilli, Tabellæ, Zeltichen, Kugelschen, Rädchen, Pastilles, Tablettes, Trochisques, vide Pastilli et Trochisci; omnia de Rotulis valent, quac de illis dicta sunt. Rotula diminutiva vox est a rota derivata et rotam parvam a similitudine formae significat; ergo idem est latine, quod greco τροχίλης dicitur.

**RUBRUM HISPANICUM** vid. Carthanium (p. 151).

**SABADILLINUM** vid. Veratrinum.

**SACCOLUS OPHTHALMICUS** CHELI.

Chelius Augensädchen.

Rec. Flor. Chamom., — Sambuc. — Unc. unam, Farin. Fabar. Unc. semis.

**SACCOLUS RESOLVENS** SOUBEIRAN.

Rec. Sal. Ammon. pulv., Calcar. ustae extinctæ — par pondus, mixta condantur inter strata duo gossypii, quae omnia sacculo gossypino suscipiantur.

**SACCHARUM ALUMINATUM** s. Aluminis Ph. Bor. ed. 5.

Rec. Sacchar. albi, Alumin. pulv. — par pondus.

SACCHARUM ANTHELMINTHICUM vid.  
Mercurius saccharatus (p. 549).

**SACCHARUM ASPARAGI AQUOSUM.** Spargelzucker. *Saccharolé d'Asperges aqueux.*

Rec. Turionum Asparagi recentium quantum vis, exprime succum, sepone, decantha et liquorem calefac in balneo Mariae, ut albumen coeat, filtra, evapora lenissimo calore ad mellis consistentiam, tum adjice Sacchari albi pulverati aequalem Succi recentis copiam, et in furno exsiccatorio penitus exsicca.

**SACCHARUM ASPARAGI SPIRITUOSUM.** Weingeistiger Spargelzucker. *Saccharolé d'Asperges alcoolique.*

Rec. Turiones Asparagi expressos, ex praeparatione antecedente residuos, extrahe cum Spiritu Vini rectificato sufficiente ut eos contegat. Macerentur per tres dies, tum exprimantur. Residuum iterum coquatur cum nova copia Spiritus Vini rectificati et exprimatur. Liquores commisceantur, et quadrantes tres destillatione eliciantur. Post refrigerium eandem Sacchari albi copiam, sicut in formula antecedente, admisce, et penitus exsicca.

**SACCHARUM AURANTIACUM PURGANS.** Gelber Zitruszucker. *Sucré orange purgatif.*

Rec. Rad. Jalapp. Unc. semis, Tartari solubili Drachm. unam, Sacchari albi Unc. tres et semis, Ol. Aurantior. Drachm. semis.

**SACCHARUM CLARIFICATUM.** Geklärter Zucker. *Sucré clarifié* (vid. Syrupus Sacchari).

Ph. Wirt.: Rec. Sacchar. albi Libr. duas, solve in Aquae comm. Libr. una, cola.

**SACCHARUM GLYCYRRHIZATUM** vid.  
Pasta Liquiritiae.

**SACCHARUM HELICIATUM** MOUCHON.  
Mouchon's Schneckenzucker. *Sucré helicié de Mouchon.*

Rec. Carnis Limacum, intestinis nigris reiectis, Unc. tres, aqua parum lava, dissecata cultri ope adde Aquae communis Unc. octo, et per quadrantem horae ope virgulae salicinae pulsa. Tum cola cum expressione per linteum, adde Sacchari albi Unc. octo et evapora leui calore, denique exsicca in tepidario; serva in vitris bene clausis.

**SACCHARUM HELMINTHOCHORTI.** Wurmzucker. *Saccharolé de mousse de Corse.*

Rec. Helminthochorti Unc. sedecim, coque cum Aquae communis suff. quantitate per horas duas, cola, decantha, evapora, denique adde Sacchari albi Uncias tringinta duas, Aq. Naph. Unc. quatuor; exsicca in tepidario.

**SACCHARUM HORDEATUM.**  
Gerstenzucker. *Sucré d'orge.*

Rec. Hordei Unc. octo, Aq. comm. Unc. centum, coctis per horam et colatis adde Sacch. albi Unc. sedecim, coque iterum ad filum, in tabulam marmoream vel aheneam effunde et justo tempore in fascias concide. Disp. Brunsv.: Sacch. albi Libr. duas, solve in decocti tenuis Hordei Libr. una et semis, clarifica albuminis ope, coque ad tabulandi consistentiam et effunde. Simplificus fit: Sacchari albi Libr. duas, coque eum tercia parte Aquae communis ad consistentiam tabulandi, adde Tinet. Croci Gutt. decem, Ol. de Cedro Gutt. duas, effunde in tabulam et concide in fascias.

**SACCHARUM LICHENIS ISLANDICUS.** Fjöldlandsähnlicher Zucker. *Saccharolé de Lichen.*

Rec. Lichenis Island, ab amaritis liberati (quam vocem vide) Libr. unam, coque cum Aq. comm. suff. quantitate per longum temporis spatium, cola cum expressione, adde Sacchari albi Libr. unam, inter assiduam agitationem humorem consume evaporando, effunde in tabulam, et penitus in tepidario exsicca, et in pulvrem redige.

**SACCHARUM MARTIS.** Stahlzucker. *Sucré martial.*

Disp. Vienn.: Rec. Limatura Martis Libr. quatuor, Cerevisiae albae, non nimis dulcis, Libr. octo, mixta stent in loco calido per mensem, cola, in vase ferreo evapora ad melaginem, effunde in patellas vitreas terreas et in loco calido penitus exsicca. Sit nigrum, splendidum.

**SACCHARUM MERCURIALE** vid. Mercurius saccharatus

**SACCHARUM MERCURIALE COMPOSITUM** Disp. Brunsv.

Rec. Sacch. albi Unc. duas, Mercurii vivi Unc. semis, contere ad extinctionem, adde Rad. Jalapp. Unc. semis.

**SACCHARUM MERCURIALE VERMIFUGUM BAUME.**

Rec. Aethiopis mineral. Unc. duas, Mercurii vivi Unc. tres, Sacch. albi Unc. septem, triturrent usque ad extinctionem.

**SACCHARUM MYRRHATUM** s. Myrrhae Myrrenzucker. *Sucré myrrhé.*

Disp. Ful., Lipp.: Rec. Extr. Myrrh. Unc. unas, Sacch. albi Unc. quatuor.

**SACCHARUM NITRATUM** SAUNDER.

Rec. Nitri Unc. unam, Cremor. Tart. Unc. semis, Sacch. albi Libr. unam, Mucil. Gummi Tragacant. q. s. ut fiant tabellae.

SACCHARUM PENIDIUM Disp. Bruns.  
Geschenk.

Saccharum album cum tertia parte aquae in consistentiam tabulandi coctum, in laminas marmoreas effusum, in lacinias dissectum, quae funiculi instar contorquentur. Pro virtute cum Saccharo hordeato convenit.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM  
Ph. Wirt.

Rec. Pulv. Flor. Rosar. rubr. Drachm. duas, Sacchari albi in Aq. Rosar. soluti et ad consistentiam tabulati cocti Unc. quatuor, f. confectio in tabulis.

## SACCHARUM VERMIFUGUM vid. Saccharum mercuriale vermiculum.

## SAL ABSINTHII, Sal Herbarum, Sal Tachenianus, Sal Lixiviae TACHENII. Vermuthsalz. Sel d' Absinthe.

Ph. Wirt. et Cod. veteres Herbam Absinthii siccam in sartagine ferrea primum in carbonem deinde in cineres verti praecipiunt. Cineres aqua frigida exhauiantur et solutiones evaporatione ad siccum redigantur. Est Kali carbonicum impurum nec hodie adhuc praeparatur. Cineres clavelati depurati et Sal Tartari in ejus locum substituuntur.

## SAL ABSINTHII CITRATUM vid. Kali citratum (p. 492).

## SAL ACETI BARYTICUM vid. Baryta acetica (p. 126).

## SAL ACETOSUM MINERALE vid. Terra foliata Tartari crystallisata.

## SAL ALCALI VEGETABILE SICCUM vid. Alcali vegetabile causticum (p. 32).

## SAL ALCALI VOLATILE SICCUM. Trocknes flüchtiges Alcali. Alcali volatile concret.

*Synon.*: Ammonium carbonicum purum, Subcarbonas Ammoniae s. Ammoniaci, Carbonas Ammoniae, Sesquicarbonas Ammonius alcalinum solidum, Flores Salis Ammoniaci volatiles, Sal ammoniacus volatile, Sal volatile, Sal urinosus purissimus, cet. Flüchtiges Salz, Reines fehlenssaures Ammonia. Carbonate d'Ammoniaque.

Rec. Salis Ammoniaci pulverati, Cretae albae pulveratae, antea bene exsiccatorum, aa quantum vis; intime mixta in retortam (fictilem et bene loricatam si adest) ingere, cuius capacitatis quadrantes tres re-

pleantur. Impone retortam in balneum arenae furni anemii. Collo brevi atque ampio adaptetur excipulum vitreum vel fictile idoneum, capacitatis sufficientis, et in extremo fine parvo foramine perforatum, per quod aëri expandi permisum sit.

Ignem primum moderatum sensim augendum accende, donec vapores albi ex foramine emergi coeperint, tum hoc foramen leviter obtura, et aqua frigida circumfusa vel instillata excipulum refrigerera. Ignis aequabilis nec nimis fortis obtineatur, donec vapores, primum nivei denique pellucidi facti fuerint. Ignis nunc portis furni claudendis suffocetur. Post refrigerationem apparatus dirimatur, ex excipulo parva copia liquidi, non rejiciendi, effundatur; retorta evacuetur et nova copia miscelae Salis Ammoniaci et Cretae immittatur; excipulum idem, sublimato sale non exento, apponatur et sublimationis opera iisdem cautelis observandis, repetatur.

Hoc tertium quoque fiat, donec Salis volatile crustae satis densae fuerint. Tum excipulum diffrange, Sal volatile exime et in lagenis ampli orificii bene obturandis conde et in cella serva. Ne sublimatione altera repurgetur, quia mixtio chemica variatur.

*Part. const.* Ammoniaci 2, Acidi carbonici 3, Aquae 2, Pond. Mixt. — *Vis:* nervina, diaphoretica, absorbens.

Sint frustula compacta, dura, albissima, texturae fibrosae crystallinae, odoris peculiaris insignis, Ammonium forte redolentia.

In igne plane avolet, solvatur in aquae duplo. Solutio cum acido hydrothionico colorem non monstret, cum acido nitrico saturata neque cum salibus baryticis, neque cum salibus argenteis praecipitatum gignat.

*Usus:* in febribus nervosis, rheumatismo chronicō, paralysi, ceteris; pharmaceuticus pro parando Spiritu MINERERI et salibus Ammoniacis diversis.

Sal volatile siccum in mercatura tantae bonitatis atque puritatis obvenit, ut pharmacopolae licet hoc coemere. Coemtum imo melius est, quam quod ipse confeceris, quia in praeparandis magnis copiis experientia colligitur, quae singulo deest, tum quia praeparandi conditiones aequabiliiores sunt. Sal volatile denique tam vilis pretii in Anglia ex pice liquida lithanthracum et aquis ipsi innatibus praeparatur, quod id vilioris pretii praeparare nequeas. At caveas in coemendo Sale volatili ne Plumbum contineat, quod ex vasis refrigeratoriis plumbeis simul abraditur, et sensim in Plumbum carbonicum convertitur.

† SAL ALEMBROTH. Alembrothsalz. Sel Alembroth, Hydrochlorate de Mercurie et d'Ammoniaque.

Ph. Gall. 1837: Rec. Mercurii sublimati corrosivi, Salis Ammoniaci pars aequales, intime triturando misce. Haec mixtio bene in locum salis duplicitis crystallisati substituitur, quod difficilis et crystallisationibus repetitis obtinetur. Olim haec mixtio sublimationi subjiciebatur, quo factum est, ut Salis Ammoniaci magna pars primum avolaverit, denique Sal mixtum ex Sale Alembroth et Mercurio sublimato corrosivo obtentum fuerit.

† SAL ALEMBROTH INSOLUBLE vid. Mercurius praecipitatus albus.

SAL AMARUM DEPURATUM. Gereinigtes Bittersalz. Sel amer depuré.

*Synon.:* Magnesia sulphurica depurata, cetera Synonyma vide Part. I, p. 296.

Rec. Salis amari venalis quantum vis, solve in Aquae communis pari pondere, cola per linteum (vel si opus fuerit, filtra) et ad crystallisationis punctum fac

evaporare. Crystallos collectas et in linteo eguttatas sicca ad aërem et serva. Vis, qualitates et usus vid. Part. I, p. 299.

SAL AMMONIACUM DEPURATUM vid. Flores Salis Ammoniaci simplices (p. 433).

SAL AMMONIACUM FIXUM s. salitum vid. Calx salita (p. 148).

SAL AMMONIACUM MARTIATUM. Eisensalmiaf. Fleurs martiales ammoniacales.

*Synon.:* Ammonium muriaticum martiatum s. martiale, Ferrum ammoniatum, Flores Auri, Flores martiales, Flores Salis Ammoniaci martiales s. haematisati, Hydrochloras ammonicus cum sesquichloreto Ferri, Ferri Ammonio-chloridum, Murias Ammonii ferricus, Aroph PARACELSI, Callendulae minerales, Ens Martis, Ens Veneris Boylei, cetera. Eisenhaltiger Salmiaf. Mariata de Fer et d'Ammoniaque.

Rec. Salis Ammoniaci Uncias secundum decim,

Ferri muriatici oxydati crystallisati Unciam unam, in vase porcellaneo solve in quam minima Aquae destillatae copia, tum leni calore inter assiduam agitationem agitaculo vitro, fictili vel ligneo ad siccum redige. Servetur in vasis bene clausis. Partes const. ex praeparatione patent. Vis: resolvens, tonica, diuretica, anthelmintica, emmenagogica.

Sit massa salina aurantiaca, saporis austeri pungentis, aqua ex toto solubilis, ad aërem humescens, cum bacillo liquore Ammonii caustico humectato admoto vapores albos non gignat, cum Ammonio caustico liquido praecipitatum fuscum exhibeat et liquor colatus coloris sit expers, nec coeruleus.

*Usus:* in obstructione lienis aliorumque viscerum, chlorosi, mensibus impeditis, febris intermittentibus.

In parando Sale Ammoniaco martiatum multum inter se se discrepancy et auctores et Codices. Jam pridem sublimatione parabatur Salis Ammoniaci communis cum Li-

matura Martis, Lapidio haematinio, Oxydo Ferri puro. Hac ratione praeparatum inaequabile, coloris lutei variabilis, obtinebatur. Postea sublimatio cum Sale Ammoniaci et Ferro muriatico oxydato instituebatur. Haec methodus in eandem vituperium incurrit, atque prior: sublimatum diversis stratis est coloratum. Crystallisatio quoque a multis laudata est, sed in hoc sale crystallisationis vis non magnas partes agit, quia crystalli coloratae tantum, neque Sal chemica affinitate juncutum obtinetur. Tum quoque crystallisatione ipsa singula salia iterum secerni possunt. Sal crystallisatum vero colore rubicundum splendidum fert, quia a pellucide crystallorum magna Salis ferri copia perspicitur. Certissima praeparandi ratio in evaporatione consistit, neque enim desperditio fit, neque varietatis periculum adest. Simile semper praeparatum obtinetur.

Ph. Boruss. Saxon. 1837 Sal. Ammoniaci Unc. octo, Liq. Ferri muriat. oxyd. Unc. unam et semis, crystallisatione paretur. Ph. Hann. Ferri muriat. oxyd. cryst. Unc. unam, Sal. Ammon. Unc. septem, evaporent ad siccum. Ph. Hamb. 1835 Sal. Ammon. Unc. octo, Liq. Ferri muriat. oxyd. Unc. tres, Aq. Libr. duas, evaporent ad siccum. Ph. Lond. 1836 Oxydi Ferri Unc. tres, Acid. Salis Unc. octo, Sal. Ammon. Libr. duas et semis, Aq. dest. Libr. quatuor, evaporent ad siccum. Ph. Austr. 1834 Sal. Ammon., et Ferr. muriat. oxyd. simul sublimentur. Ph. Dubl., Edinb. Crocus Mart. adstr. et Sal. Ammon. simul sublimentur. Ceteras varietates omittamus.

#### SAL AMMONIACUM MARTIUM OXYDULATUM. Eisenchlorür-Salmiak. Protochlorure de Fer et d'Ammoniaque.

Rec. Ferri muriatici oxydul. Unc. unam, Salis Ammoniaci Unc. octo, solve in quam minima aquae fervidae copia, extempore filtra, et liquorem in vase obturando loco frigido sepone ut crystalli concrecent. Liquorem crystallis innatantem vel integrum si crystallos demittere negaverit, cito evapora, iterumque refrigerandum sepone. Crystallos collectas charta bibula siccatas in vitro optime claudendo serva.

Crystalli anhydrea, coloris expertes, aqua persolubiles, saporis salini acris, ex post subdulcis styptici atramentarii, aeris contactu in vasis clausis oxygenium, ideoque colore flavum assumunt, quare in rem medicam suscipi aequum non est.

Ph. Gall. 1837 praecepit Ferri muriatici oxydulati (Chlorureti ferrosi) partem unam et Salis Ammoniaci partes tres simul evaporare, quae formula minime laudanda est, propter indolis chemicae incertitudinem.

SAL AMMONIACUM NITROSUM vid. Nitrum flammans (p. 587).

#### SAL AMMONIACUM SECRETUM GLAUBERI, Ammonium sulphuricum, Sulphas ammonii s. ammoniacale, Vitriolum ammoniacale. Glauber's geheimer Salmiak, schwefelsaures Ammoniaf. Sulphate d'Ammoniaque, Sal secret de GLAUBER.

Rec. Olei Vitrioli quantum vis, dilue lege artis cum septuplo vel octuplo pondere aquae communis, satra cum Sale Alcali volatili sicco (Ammonio carbonico) ut hoc aliquantulum praevaleat, tum rite ad crystallisationem consume.

Crystallos collectas et siccatas conde. Lixivia matris evaporatione denuo crystallos gignunt.

Sit sal album, inodorum, saporis pungentis subamari, in aquae duplo solubile, in spiritu vini non solubile, ex toto volatile sed decompositum; solutio aquosa longa ebullitione acescit. Part. const. Ammoniaci 1, Acidi sulphurici 1, Aquae 2 Pond. mixt. Usus: hodie obsoletus, olim inter salia aperitiva habitum est.

Vilioris pretii hoc sal paratur ex Spiritu Cornu Cervi crudo et Gypso pulverato. Haec corpora decompositione gignunt Ammonium sulphuricum et Calcariam carbonicam, quae filtratione separantur; ex liquore filtrato crystallisatione Ammonium sulphuricum obtinetur. Praeparari denique potest ex Sale Ammoniaco et Oleo Vitrioli, si Acidum Salis distillatione abegeris. Residuum cum Spiritu Salis Ammoniaci neutralisatum idem Sal crystallisatione largitur. Denique ex Vitriolo Martis et Ammonio carbonico simul Crocus Martis aperitus et Ammonium sulphuricum praeparantur.

SAL AMMONIACUM TARTARICUM vid. Tartarus ammoniatus.

SAL AMMONIACUM VOLATILE vid. Sal Alcali volatile siccum.

SAL ANGLICUM vid. Sal amarum.

† SAL ARSENICALE MACQUERI vid. Kali arsenicicum (q. 490).

SAL ASTRACHANENSE ARTIFICIALE, Sulphas Soda et Magnesiae. Rüttliche Astrachansalz. Sulphate de Soude et de Magnesie.

Rec. Sal. mirabilis Glauberi crystall. Unc. quatuor, Sal amari Unc. tres, intime misce.

SAL AURI PHILOSOPHICUM = Kali sulphuricum acidum (p. 493).

SAL BENZOES ACIDUM vid. Flores Benzoës (p. 481)

SAL BORACIS ACIDUM vid. Sal sedativum HOMBERGL.

SAL CARDUI BENEDICTI vel CENTAURII MINORIS idem quod Sal Absinthii (Cineres clavellati depurati).

SAL CATHARTICUM AMARUM vid. Sal amarum.

SAL CATHARTICUM PEARSONI = Natrum phosphoricum (p. 585).

SAL CHALYBIS = Vitriolum Martis.

SAL CHELTENHAMENSE BENNIE.

Rec. Sal. mirab. GLAUB. Gran. 120, Sal. amari Gran. 66, Sal. commun. Gran. 10, Vi-troli Mart. Grani quadrantem.

SAL CHINAE ESSENTIALE = Extractum Chinæ frigide paratum.

SAL COMMUNE DEPURATUM, Natrum muriaticum depuratum. Gereinigtes Rethfälz. Sel commun epure.

Sec. Salis communis quantum vis, dissolve in Aquea communis frigidæ pondere triplo vel quadruplo, additæ Solutionem Natri carbonici, quamdiu turbatio solutionis sit, filtra et evaporatione in crystallos redige, quas sicca.

SAL CORALLIORUM est Calcaria acetica vid. Sal Matris Perlarum.

**SAL CORNU CERVI DEPURATUM.** Gereinigtes Hirsch-hornfälz. Sel de corne de cerf repurgué.

*Synon.* vid. Sal Cornu Cervi I, p. 301.

Rec. Salis Cornu Cervi crudi partes octo,

Pulveris Carbonum Lignorum partem unam, intime mixta in retortam ingere, et ex balneo arenae leni igne sublima. Ex retorta caute diffracta crustam Salis sublimati exime et in vasis vitreis, orificio amplio instructis, bene obturandis in cella serva. — *Vis:* nervina, diaphoretica.

Sit Sal coloris parum flavi vel decolor adeo, odoris fortis empyreumati animalis et ammoniacalis, in luce colorem fuscum intensiore induit, calore ex toto avolat, aqua facilime dissolvitur.

*Usus:* in febribus nervosis, asthmate, epilepsia, hypochondria, rheumatismo.

Codices de repurgando Sale Cornu Cervi passim discrepant. Sunt qui Sal absque additione alterum sublimari volunt. Ph. Bor. ed. 5. sublimationem cum duplo pondera Boli albae vult institui. Ph. Bor. ed. 3, Dan., Oldenb., Palat., cet. cum duplo pondera Cretæ mixtum sublimari jubent; Ph. Bat., Bavar., Belg. octavam partem Carbonum, quam formulam secuti sumus, ante sublimationem admisceri suadent, Ph. Fenn., Suec., quartam partem habent. Ph. Wirt. Cretæ quartam partem sumit, Ph. Fuld. tertiam. Sed haec parvi momenti sunt. Ph. Slesv.-Hols., Hamb. 1833 permittunt, Hann. 1833 prescribit Sal tali modo praeparari: Salis alcali volatilis siccæ Unciae octo, et Olei animalis DIPPELI Drachmae duae bene mixtae simul sublimantur. Obtinetur Sal decolor et odoris semper aequabilis. Sed experientia nondum compertum est, huic praeparato easdem virtutes medicas inesse, quae sali ad formulam veterem parato insunt.

SAL DENTIUM BOVIS = Sal Cornu Cervi.

**SAL DIGESTIVUM SYLVII**, Kali muriaticum, Murias Potassae, Chloreum Potassii, Chloretum Kalicum, Hydrochloras Potassae. Sylvius Digestivfälz, trocken salzsaures Sal, hydrochlorisaures Sal. Sel febrifuge de Sylvius, Chlore de Potassium, Muriate de Potasse.

Rec. Cinerorū clavellatorū q. v., solve in Aquea frigidæ sextuplo vel octuplo, filtra, saturā cum Acido Salis crudo diluto, cavens ne hoc prævaleat, evapora ad crystallationem.

Sit Sal decolor, in aëre persistens, saporis salis pungentis amariusculi, calore rubicundo liquandus, aqua frigida non adeo facile, fervida facilissime soluble.

Sal digestivum hodie e thesauro medico jure ejectum est. Raro accidet, ut hoc Sal ad formulam illam superiorē, normalem si rem solam adspicis, paretur. Saepius ex parergo obtinetur, sed laboribus non in omnibus laboratoriis obvenientibus, e. gr. Si Sal Ammoniacum cineribus clavellatis destillatur pro parando Sale volatili, in parando Sale Soda ex Hali carbonico et Sale communi (rarius fiet), in parando Hali chlorico et Sale essentiale Tartari, in parando sapone domestico ad modum germanicum.

SAL DIURETICUM = Tartarus tartaratus, — horaxatus, Terra foliata Tartari.

SAL DE DUOBUS = Arcanum duplicatum (p. 99).

SAL EBSHAMENSE = Sal amarum.

SAL ENIXUM = Kali sulphuricum acidum.

SAL ESSENTIALE BENZOES = Flores Benzoës.

SAL ESSENTIALE GALLARUM = Acidum gallicum.

**SAL ESSENTIALE TARTARI.** *Weinsteinsäure. Acide tartrique.*

*Synon.:* Acidum tartarium, Acor tartaricus. *Wesentliches Weinsteinsalz. Set essentielle de Tartre.*

Rec. Cremoris Tartari Libras duodecim,  
Cretae albae pulveratae  
Libras quatuor.

In sartagine cuprea stanno obducta aquae communis sufficientem copiam (e. gr. Cremoris triplum vel quadruplum), ut capacitatis quadrans vacua remaneat fac ebullire, tum injice Cremoris Tartari Libras tres et Cretae Libram unam. Inter lenem agitationem effervescentia subsidat. Tunc denuo Tartari Libras tres et Cretae Libram unam injice et iterum agita donec effervescentia cessaverit. Hoc tertium et quartum repete ut Cremor Tartari et Creta tota invicem sese decomposuerint. Miscelam albam turbidam leni igne fove per aliquot horas, tentans interdum, utrum charta Lacmus coerulea a liquore in rubrum vertatur. Quod si fit, Cretae nova portiuncula adjiciatur. Creta optime ope cibri parvi in liquidum conspergitur.

Sedimentum sine subsidere, tum liquidum limpidum effunde, sedimentum collige in linteo expanso, et aqua fervida inspersa bene lava. Aquas lavatorias una cum liquore in sartaginem refunde et calefac ad ebullitionem et

inter assiduam agitationem solutionem Calcis salitae (Lixivia matris fontium salinorum) instilla, quamdiu precipitatum album efficitur. Solutionis Calcis salitae aliquid superaddere non nocet, sed certitudinem decompositionis totius secum fert.

Miscelam albam turbidam fac subsidere, decantha liquorem, in linteo expansum conjice et sedimentum collectum sedulo aqua fervida lava.

Liquores transgressos rejice, vel pro Sale digestivo SYLVII parando in crystallos redige.

Sedimenta ambo juncta in patinam plumbeam vel fictilem murrinam, quam lapideam vocant, immitte, dilue cum aquae communis sufficiente copia in pultis liquidae formam, et inter strenuam agitationem sensim instilla

Olei Vitrioli crudi Libras octo.

Miscelam digere lenissimo calore per dies duos interdum totam agitaculo ligneo antea bene loto exagitans. Post dies sex vel octo liquidum innatans effunde et sedimentum (Gypsum) aqua lava, aquam lavatoriam filtrato superiori jungens. Liquores collectos ebulliendo in patina plumbea consume, donec pondus spec. 1,210 habeant, tum refrigerescant et decanthatione atque filtratione a sedimento gypseo denuo excreto separantur.

Evaporationem nunc absque ebullitione in balneo aquae perge, donec pond. spec. 1,384 factum fuerit, i. e. ad pelliculam; nunc tota refrigerio et crystallisationi transmitte. Post dies tres

vel quatuor lixivia matris innatantia secerne et crystallos siccandas collige. Lixivia nova evaporatione ad pond. spec. 1,5 reducta novas crystallorum, jam magis magisque coloratarum, copias edunt. Lixivia ultima in urceis lapideis sibi derelicta postremum crystallorum agmen edunt.

Crystalli, quae primae obtentae sunt, saepius satis purae sunt; serius excretae repurgatione egent, quae solutione in aquae destillatae quam minima copia et crystallisatione efficitur. Part. const. Carbonei 8, Hydrogenii 8, Oxygenii 10, Aquae 2 Pond. mixt. — *Vis*: temperans, analeptica, diuretica.

Sint crystalli, vel crustae crystallinae, decolores, inodorae, saporis acidigrati, in aere persistentes, in aquae pondere duplo facile solubiles. Solutio diluta cum gas hydrothionico nullum praecipitatum, cum salibus baryticis nullum vel leve tantum praecipitatum signat. Aëris accessu ignitae penitus comburantur.

*Usus*: in febribus pituitosis; præsertim vero pro potibus effervescentibus, Pulvere aërophoro et Sedlitzense parando adhibetur.

In parando Sale essentiali Tartari, quod vero melius et certius in officinis chemicis praeparatur, et a pharmacopola coematur et de bonitate investigetur, Codicum dissensum facile omittimus. Proportiones quaedam, longo usu probatae, hic adnotentur, Calcariae tartariae bene siccatae Unciae viginti sex ad decompositionem perfectam requirunt Olei Vitrioli Uncias decem. Oleum Vitrioli sit duplum pondus Cretae adhibite, si nullibi jactura facta est.

SAL FEBRIFUGUM SYLVII = Sal digestivum SYLVI.

#### SAL GUINBRE.

Rec. Sal mirab. GLAUBERI siccii Drachm. sex, Nitri Gran. duodecim, Tart. emet. Gran. semis.

SAL JUNIPERI E LIGNO = Cineres clavellati depurati.

SAL DE LAGARAVE = Extractum Chinæ frigide paratum.

SAL LIXIVIALE TACHENIANUM = Cineres clavellati depurati.

SAL MARGARITARUM est Calcaria acetica.

SAL MARTIALE LAGRESIE, Sulphas acidus Potassae ferruginosus. Lagresie's Eisenjals.

Rec. Vitrioli Mart. Drachm. sex, Arcani duplicati Libr. unam, Ol. Vitrioli Gutt. triginta sex

SAL MARTIS MURIATICUS = Ferrum muriaticum oxydatum.

SAL MARTIS AMMONIACALE = Sal Ammoniacum martiatum.

SAL MATRIS PERLARUM, Sal Coralliorum, Sal Margaritarum, Sal Oculorum Cancerorum, Magisterium Margaritarum, Calcaria acetica. Perlmuttersalz, Gorallen-, Krebsaugensalz, Eisigsaurer Kalf. Acetate de Chaux, Sel de nacre de perles.

Rec. Matris Perlarum pulveratae (vel Conebarum pulv., Coralliorum, Oculorum Cancerorum, vel denique Cretæ albae) q. v., dissolve in Aceto destillato vel concentrato, filtra, et evaporatione ad siccum redige.

SAL MERCURIALE ACETATUM = Mercurius acetatus.

SAL MICROCOSMICUM, Sal nativum urinæ, Sal fusibile urinæ, Phosphas ammoniacus et natrius. Phosphorsalz, Phosphofaures Natronammoniaf. Phosphate de Soude et d'Ammoniaque.

Rec. Acidi phosphorici ex ossibus, nonnum igniti, quantum vis, satra exakte cum Natio carbonico; scorsum recipe Acidi phosphorici ejusdem eandem copiam, satra exakte cum Sale volatili sicco vel cum Spiritu Salis Ammoniaci, liquores ambos junge, filtra et ad crystallisationem fac evapare. Crystallos obtentas serva. Paratur etiam ex solutione partium sex Natri phosphorici crystallisati, et unius Salis Ammoniaci crystallisatione. Lixivia matris continent Sal commune. Sal ipsum facilis Chlori continet vestigia, ergoque minus purum est. *Usus*: reactorius cum tubo fermentatorio.

**SAL MIRABILE GLAUBERI  
DEPURATUM.** Gereinigtes  
Glaubersalz. *Sel de GLAUBER  
epuré.*

Rec. Salis mirabilis **GLAUBERI** ve-  
nalis Libras duodecim,  
Aqua pluvialis Libras duo-  
decim,

ambo immitte in sartaginem ahe-  
neam vel cupream et calefac ad  
ebullitionem fere. Solutionem  
per linteum expansum cola et va-  
sis fictilibus suppositis suscipe,  
quando limpidissima transire coe-  
perit. Vasa fictilia in locum fri-  
gidum sepone, et liquorem, si  
crystallos emittere initium faciet,  
spathula interdum agita ut cry-  
stalli tenues minutae obtineantur,  
quae in medicamentorum dispen-  
satione propter solubilitatem sunt  
aptissimae. Liquor stet per no-  
tem.

Crystallos spathulae ope exagi-  
tatas atque diffractas (ne cohæ-  
rent et lixivium coerceant) col-  
lige in linteo expanso, vel cono  
argillaceo in quibus Saccharum  
concrescere solet (Zuckerform),  
et ad eguttationem per dies ali-  
quot interdum agitandas sepone.  
In liquorem a crystallis separatum  
calefactum iterum injice ad ocul-  
orum arbitrium Salis mirabilis  
crudi, quantum crystallorum de-  
puratorum ex ipso collegeris;  
solve caloris adminiculo, per lin-  
teumcola, ad crystallisationem  
sepone, crystallos collige et sicca,  
hasque operationes cum liquore  
remanente repeate, donec nimium  
colorem induerit. — **Vis et Usus**  
vid. I, p. 302.

Crystallos eguttatas in cribris sali-  
cinis supra chartam bibulam expande,  
et ad aërem desiccandas expone, do-  
nec in apicibus fatiscentia observabi-  
tur. Conde in vasis fictilibus capa-  
cibus, ligno obtegendis et in cella  
servandis. (Liquor sordidus residuus  
cum carbone ossium decoloratus iterum  
crystallos emittit, residuum ultimum  
penitus exsiccatum pro operationibus  
chemicis aliis inservit.)

**SAL MIRABILE GLAUBERI SIC-  
CUM.** Trocknes Glaubersalz. *Sel de  
Glauber sec.*

Rec. Salis mirabilis **GLAUBERI** depurati  
quantum vis, immitte in sacculum charta-  
ceum et in furnum exsiccatorum (tepidar-  
ium) pone ad caloris gradus 30 ad 35,  
donec in pulvrem subtilissimum dilapsum  
fuerit. Serva in vitris bene obturandis.  
Humorem ex aëre colligit et non raro in  
molem duram concrescit.

**SAL MODENENSE ARTIFICIALE,** Sul-  
phas Magnesiae et Soda. *Röntzliches  
Modenafalz.*

Rec. Sal. amar. Libr. duas, Sal. mirab. **GLAUBERI** Libr. unam, una solve in Aq. comm. Libr.  
sex, et ad crystallisationem mixtam fac evap-  
porare.

**SAL NITRI** = Nitrum.

**SAL OCULORUM CANCRORUM** vid. Sal  
Matris Perlarum.

**SAL ONONIDIS** = Cineres clavellati de-  
purati.

**SAL OPII ESSENTIALE** = Extractum  
Opii aquosum.

**SAL OSSIUM** = Sal Cornu Cervi.

**SAL PETRAE** = Nitrum.

**SAL PHILOSOPHORUM Ph. Batean.**

Rec. Sal. commun. decrepit., — Gemmae  $\frac{1}{2}$   
Unc. unam et semis, Rad. Galangae, Macidis,  
Cubebarum  $\frac{1}{2}$  Unc. semis.

**SAL PLACENTINUS** = Sal mirabile **GLAU-**  
**BERI.**

**SAL PLUMBI** = Saccharum Saturni.

**SAL POLYCHRESTUM GLASERI**,  
vel **LEMERYI** vel **PARISSIENSE** vid.  
Arcanum duplicatum (p. 99).

**SAL POLYCHRESTUM RUBRUM Disp. Frag.**

Rec. Arcani dupl. Unc. semis, Nitri anti-  
moniati Unc. unam, Arcani dupl. Drachm. sex,  
Cinnab. Unc. semis, Salis Prunellae, — Ab-  
sinthii  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas.

**SAL POLYCHRESTUM  
SEIGNETTE.** Seignettesalz. Sel de SEIGNETTE.

*Synon.*: Tartarus nátronatus, Tartras Potassae et Soda, Tartras kalico-natricus cum aqua, Sal Rupellense, Aleali minerales tartaratum, Soda tartarata, Tartarus solubilis de SEIGNETTE. Nátronítriter Weinstein, Weinsteinfaures Kali-Nátron. *Sel de Rochelle*, Tartrate de Potasse et de Soude. Rec. Cremoris Tartari Libras quatuor,

Salis Sodaem emalis crystallisati Libras tres,

Aquae communis frigidae Libras duodecim,

simul ingere in vas fictile, et interdum agitanda sepone per noctem ut lente effervescent. Altera die miscela calefiat et de neutralitate exploretur. Sit, quantum fieri potest, neutralis, vel leviter tantum alcalina. Liquorem refrigerandum sepone per noctem, ut Calcariam tartaricam deponat.

Liquorem, altera die decanthatum et filtratum, lege artis in crystallos redige. Lixivia evaporatione nova crystallos iterum demittunt. Lixivia ultima, si adjecto pauxillo Cremore Tartari crystallos edere recusant, sepone. **Part. const.** Acidi tartarici, Kali et Natri singulorum unum, Aquae decem Pond. mixt. — **Vis:** laxans.

Sint crystalli prismaticae, coloris expertes, pellucidae, in aquae pondere duplo solubiles, saporis amaricantis salsi. Solutio neque ab aqua hydrothionica, neque a Sale Tartari turbetur.

**Usus:** in hydrope.

Sal SEIGNETTE facile ex Tartaro crudo vel semidepurato, qui in mercatura obvenit, patatur. Codicum dissensus nullus. Ex lixiis ultimis acido muriatico addito Cremor Tartari recuperatur, vel solutione Calcis salitae addita Calcaria tartarica praecipitatur.

**SAL PRUNELLAE** = Lapis Prunellae.

**SAL RHABARBARI ESSENTIALE** est Extractum Rhei frigide paratum siccum.

SAL RUPELLENSE = SAL POLYCHRESTUM SEIGNETTE.

SAL SAPIENTIAE = Sal Alembroth.

SAL SCHLIPPANUM = Natrium sulphuratum stibiatum.

**SAL SEDATIVUM HOMBERGI**, Acidum boracicum, Sal acidum Boracis, Sal Vitrioli narcoticum, Flores Boracis. Homberg's Sedativsalz, Boraxjäure. Acide borique, boracique, Sel sedativ de HOMBERG.

Rec. Boracis Libram unam, solve in Aquea destillatae fervidae Libr. quatuor, solutioni fervidae filtratae per vices et sub continua agitatione immisce Olei Vitrioli Unias tres antea cum duplo pondere Aquae destillatae dilutas. Sepone liquorem, ut crystalli refrigerio concrecent. Liquidum separatum evaporet, ut novam crystallorum copiam evaporatione demittat, idque repete donec lixivium crystallos lamellares non amplius demittat. Crystallos obtentas aqua destillata frigida probe ablutas et iterum siccatas serva. Part. const. Acidi boracici 1, Aquae 6 Pond. mixt. Vis: antisepтика, sedans putabatur.

Sint crystalli lamellares, albae, sericeum nitentes, talcicae, siccace, subpellucidae, saporis vix ullius, nec perspicue acidi, Aqua fervida facile ex toto solvantur, sicut et Spiritu Vini, quae solutio flamma viridi deflagrat. Calore facile liquantur. Acidi sulphurici aliiquid semper crystallis inest, quod in solutione fervida ope salium baryticorum detegitur. Cave ne sit nimium. Calore rubro avolat, sed haec operatio pro praeparato medicinali non requiritur.

**Usus:** hodie obsoletus paene, jam primis in morbis febrilibus, epilepsia, convolutionibus.

De parando Acido boracio pauca animadvertenda. Olei Vitrioli plus adesse debet, quam ad saturandum Natrum in Borace stricte requiritur. Absque hac cautela minor acidi boracici copia obtinetur. Acidum boracicum purum crystallulos prismaticos refert, medicinale, quod materiam pinguem continet, lamellares, sericeas. Borax indica hac materia scatet, italica purior est. Si cum Borace italica agendum est, tali modo crystalli lamellares, sicut ex Borace indica, obtinentur. Solutio Boracis cum Aluminibus Ovorum clarificetur et coletur, Olei Vitrioli tum portiuncula addatur et praecepitatum floccosum nova collatione separetur, liquori colato cetera pars Olei Vitrioli adjiciatur, et agatur uti supra.

**SAL SEDITZENSE** = SAL amarum.

**SAL SEIGNETTE** = Sal polychrestum SEIGNETTE.

**SAL SODAE ACIDATUM** = Terra foliata Tartari crystallisabilis.

**SAL SODAE DEPURATUM.**  
Gereinigte Soda. *Sel de Soude épuré.*

*Synon.:* Natrum carbonicum depuratum, Carbonas Soda depuratus, Natrum subcarbonicum.

Rec. Salis Sodaem emalis quantum vis, in catino ferreo fuso dissolve in Aquae pluvialis vel communis fervidae sufficiente sed quam minima quantitate, filtra fervida et ad crystallisationis punctum fac evaporare, Lixivia secunda remove (pro usu chemico, cui quadrant etsi impura). Part. const. Natri unum, Acidi carbonici unum, Aquae decem Pond. Mixt. — *Vis:* incidens, antacida, lithontriptica.

Sint crystalli coloris expertes, aquae duplo facile solubiles, saporis alcalini, austeri, aëri expositae facile fatiscentes et Aquae crystallisationis quadrantes tres amittentes, calore ipso absque aqua addita fusibles. Solutio cum acido nitrico puro aerefacta cum Argento nitrico soluto et cum Baryta nitrica nullum vel leve tantum praecepitatum producat.

*Usus:* in soda stomachi, calculis urinariis.

Quomodo Sal Sodaem chemice purum praeparetur, voce Natrum carbonicum depuratum exposimus. Hoc loco, mutato consilio, praeparatum illud primi ordinis esse voluminosum, quare illam vocem nunc supervacaneam habemus.

**SAL SODAE PERFECTE SATURATUM** = Natrum bicarbonicum.

**SAL SUCCINI VOLATILE CRUDUM,** Acidum succinicum depuratum. Flüchtiges Bernsteinsalz, Bernsteinsäure. *Sel volatil de Succin.*

Instituatur distillatio secca Succini ad modum voce Oleum Succini crudum (p. 603) descriptum.

Sal Succini volatile in collo retortae suspensum reperitur, et retorta diffracta vel directa eximatur. Liquor aquosus acidus, qui dicitur Spiritus volatilis Succini novam acidi crudi copiam evaporatione exhibet.

Sunt crustae durae coloris variabilis gri-

sei imo fusi, saporis empypreumatici fortis et acidi, odoris penetrantis empypreumatici. *Vis:* antispastica, diaphoretica. *Usus:* in parandis medicamentis quibusdam compo-sitis; tum quoque per sc.

**SAL SUCCINI VOLATILE DEPURATUM.** Gereinigte Bernsteinäsüre. *Acide succinique purifié.*

Sal Succini volatile crudum (voc. antecedent.) solvatur in aqua destillata, solutio filretur per chartam, et evaporatione in crystallos redigatur. Liquor residuus denuo evaporet, quamdui crystallos non nimis flayas exhibit. Part. const. Carbonei 4, Hydrogenei 4, Oxygenii 3, Aquae 1 Pond. Mixt. — *Vis:* antispastica, diaphoretica, nervina.

Sint crystalli tabulares, coacervatae, albae, vix flavulae, in Spiritu Vini rectificatissimo solubiles, in igne plane avolantes.

*Usus:* in typho, affectionibus convulsivis, paralyse.

Cave ne Sal Succini depuratum purum credas, vel purum reddere studeas. Continet semper et contineat Oleum empypreumaticum, cui virtutis nervinae excitantis magnam partem debet. Solutionem ergo ne carbone animali vel vegetabili decoiores. Sal crudum varias et incertas Olei empypreumatici copias continet.

**SAL TACHENIANUM** = Cineres clavellati deparati.

**SAL TARTARI.** Weinstensalz, *Sel de Tartre.*

*Synon.:* Kali carbonicum purum s. e. Tartaro, Carbonas Potassae purus. Reiznes föhlensaures Kali. *Carbonate de Potasse pur.*

Rec. Tartari crudi, qualis in commercio obvenit, Libras quatuor ad sex, immittit in sartagineum ferream fusam, latam, parietum vero humilium, et fundi leviter tantum concavi. Hanc in furno anemio nudam igni flammanti ex ligno vel lithan'hrace ex-

pone. Ignem sensim auge donec sartaginis fundus calore obscure rubro rubeat. Massam interdum spathula ferrea exagit, et ignem obtine quamdiu Tartarus fumum vel flammam emittit. Massae carbonaceae exemptae (si convenit, novam Tartari copiam in vas jam rubentem injice) Aquam destillatam instilla ut in pultem nigram dilabatur, tum aquae destillatae sufficiens copia (e. gr. pondere duplo, quod erat Tartari) carbonem elixiva. Liquores limpidos plane decolores in patina sinensi vel argentea ad siccum redige. Sal siccum quam minima aquae destillatae copia redissolve, filtra et iterum ad siccum fac evaporare. Serva in lagenis vitreis optime claudendis. *Part. const.* Kali et Acidi carbonici aequalia Pond. Mixt. — *Vis:* antacida, diuretica, resolvens.

Sit pulvis albissimus, siccus, saporis fortis alcalini pungentis, odoris nullius, in aqua facilime ex toto solvatur, nec residuum calcareum vel siliceum relinquat. Acido nitrico puro saturatum cum Argento nitrico et cum Baryta muriatica praeccipitatum nullum vel levissimum tantum producat. Cum acido muriatico vel alio quovis saturatum, odorem hydrocyanicum non exhalat, solutio ad siccum redacta aqua iterum addita siliciam ne relinquat.

*Usus:* in soda stomachi, ad gas carbonicum evolvendum in Potione RIVERI; singulis praeparatis additur.

Sunt qui in praeparando Sale Tartari nimias minutias captavere, et solum Tartarium depuratum adhiberi posse, judicant. Non ubique a pharmacopola exigitur, quod chemicum satisfaciat. Vestigia minima Kali muriatici vel Calcariae carbonicae usum medicum non excludunt. Affirmatur, a fermento Tartaro crudo adhuc inhaerente Kalium cyanatum produci. Hoc

minus fit in sartagine ferreo fuso in quo aëri accessus multus patet, et calore moderatore, qui calorem fortē rubicundum nunquam attingat. Tartarus crudus eandem vel minorē copiam Calcariae tartariae continet, quam Tartarus depuratus, quod experimentis multis compertum habeo. Juvat massam carbonaceam aqua irrortatam per aliquot dies ad aërem expōnere, quo fit ut Kalium cyanatum decomponatur, si quid inerat. In eligendis nominibus Sal Tartari et Sal essentiale Tartari culpam me non ferre, sed citationibus praeviis GEIGERI coactum fuisse profiteor. Persuasum enim mihi habeo nomina Sal Tartari et Sal essentiale Tartari facilius posse confundi, quam Kali carbonicum et Acidum tartaricum.

**SAL TARTARI VOLATILE** = Sal Ammoniacum volatile siccum.

**SAL THERMARUM CAROLINARUM**, Sal Fridericianum. KarlsbaderSalz.

Est Sal lenta evaporatione et filtratione ex Aqua fontium Carolinarum obtentum. Calore ipso fontis evaporationem fieri, vix annotatione dignum est. Constat plerumque e Natro sulphurico et carbonico cum vestigiis Salis communis. Pretio insolente pro indeole chemie dividetur, nam hominum stultitiae atque superstitioni confidetur.

**SAL URINAE FUSIBILE vel NATIVUM** = Sal microcosmicum.

**SAL URINAE VOLATILE** = Sal Cornu Cervi.

**SAL VITAE** = Sal Alembroth.

**SAL VITRI** = Sal digestivum SYLVII.

**SAL VOLATILE AMMONIACI vel ANGLICUM** = Sal Ammoniacum volatile siccum.

**SAL VOLATILE AROMATICUM** Ph. Ferrar.

Rec. Sal Ammon. volat. sicc. Unc. duas, Cort. recent. Aurant., — Citri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Vanillae, Macid.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Cinnamomi Drachm. unam, Caryophyll. Drachm. semis, mixta sublimentur.

**SAL VOLATILE CONCRETUM vel CORNU CERVI** vid. Sal Cornu Cervi.

**SAL VOLATILE OLEOSUM** s. *Spiritus volatilis oleosus.* Flüchtig Salz mit Oelen. *Esprit volatil huileux.*

Ph. Wirt.: Rec. Cort. Cinnamomi Unc. unam, Macid., Nuc. moschat.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Caryophyll. arom. Drachm. duas et semis, Cort. Aurant., — Citri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Cardamom. min., Cubebar.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, stent per tres dies, tum adde Sal. Ammon. Unc. quatuor, Ciner. clavell. Unc. sex, Aq. comm.

Libr. unam, destillent ad remanentiam Libr. unius et semis. Disp. Brunsv.: Cianamom. Unc. duas, Macid., Caryoph., Cardamom.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Cubebar., Sem. Anisi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Cort. Citri recent. Unc. unam, Ciner. clavell. Libr. unam, Sal. Ammon. Libr. semis, Spir. Vini rect., Aq. commun.  $\frac{aa}{aa}$  Libr. tres, destillet dimidium. Ph. Pal., Sard. non multum discrepant. (Cf. Spiritus Salis Ammoniaci aromaticus, cuius Sal volatile oleosum est simillimum, vide quoque, quae loco citato de praeparatione adnotavimus.)

#### SAL VOLATILE OLEOSUM ANGELICAE BOERHAVE.

Ph Wirt.: Rec. Rad. Angelicae recent., mense Februario effossar., concisar. Unc. duas, Sal Ammoniac. Unc. unam, Spir. Vini bonaet notae Libr. duas, fiat destillatio, destillatum iterum cum Rad. Angelicae Unc. una destillet. Vis: cardiaca, sudorifera.

SAL VOMITORIUM VITRIOLI est Vitrio lum album.

#### SAL WESTENDORFI.

Rec. Terra foliatae Tartari crystallisabilis q. v. . . crystallis grossiuscule contusis instilla OI. Vitrioli guttulas aliquot.

#### SALICINUM. Salicin. Salicine.

Rec. Cortices Salicis Helicis vel praecocis, novi quantum vis, coque cum sufficiente copia aquae communis, colla per panum cum expressione. Liquori addit. Lactis calcarei quantum requiritur, ut nova additione color non amplius auferatur. Liquores filtra et evaporatione in Syrupi consistentiam redige. Huic addit. Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut partes gummosae, mucilaginosae praecipitentur. Denuo liquores filtra, Spiritum Vini destillatione abstracte et residuum destillationis in locum frigidum crystallisationis causa sepone. Crystallos obtentas nova solutione in aqua fervida, decoloratione cum carbone animali bene praeparato et crystallisatione repurga. Part. const. Carbonici 21, Hydrogenii 24, Oxygenii 9, Aquae 2 Pond. Mixt. — Vis: tonica, febrifuga ab initio multum jactabatur, at hodie magis magis in dubium votatur.

Sunt crystalli tenues compresse-aciculares, nitoris sericei odoris expertes, saporis amari salicini, ad aerem persistentes. Reactionem in colores sensibiles nullam fert salicium, in lamina platinea ignitum ex toto avolet. Aqua faciliter dissolvitur et Spiritu Vini, sed non Naphtha Vitrioli. Oleo Vitrioli colorem laete coccineum induit.

Usus: in febribus intermittentibus et mucusis, diarrhoea, digestione debilitate.

Cortices Salicis de ubertate Salicini investigandi guttulis Olei Vitrioli irrorantur;

nonnisi qui colorem laete rubellum induant, elegantur pro praeparatione. Alii aliam pandi Salicini methodum laudaverunt; e.g.: Decoctiones Salicis coque cum Lithargyro laevigato donec decolores paene factae fuerint, tum filtra; Oxydum Plumbi solutum primum Oleo Vitrioli separa, denique Baro sulphurato (vel gas hydrothionic) praecipita; Plumbum sulphuratum filtratione exerceat, ex liquore crystallisatione Salicinum praepara. Cortex Salicis recenter exustus Salicini ditissimus est. Salicini usus, ab initio laudibus immoderatis elatus, novissimis temporibus multum diminutus est.

SALSILAGO est Solutio salina.

#### SANGUIS HIRCI PRAEPARATUS. Präparat. Bochslblut.

Sanguis Hirci misus leni calore spissescat tum in cibano plane siccescat.

#### SANTONINUM. Santonin. Santonine.

Rec. Seminis Cinac grossiuscule contusi Libras quatuor, Calcariae extinctae Libr. unam, mixtis affundit Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut bie digitos aliquot supereminat; miscelam digere in balneo aquae tum exprime; hanc operationem ter repeate. Liquores expressos in vas destillatorium (e. gr. retortam) filtra, spiritum destillatione evoca, residuum filtra, ad dimidium volumen evaporatione redige et addit. Aceti concentrati q. s. ad reactionem distincte acidam, coque per minuta aliquot, et miscelam refrigerandam sepone. Crystallos plumosas nova Spiritus Vini copia digere et solve, carbone animali colorem, quantum poteris, aufer, et noya evaporatione crystallos fac concrescere, quod nisi sit, totum liquorum fac evaporare, solve in Lixivo caustico vegetabili, filtra si opus est, addit. Acidii peptici parum ut resina primum praecipitet, tum filtra et evaporatione continuata crystallos elice. — Vis: vermicula.

Sunt crystalli decolores, insipidae, inodore; solutio spirituosa saporem habet amarum; aqua frigida non dissoivitur, servida parum, Spiritu Vini facile. Vim vermisugam totam Seminis Cinae in Santonino habitare, non statuendum est, sed partem non exiguum, eamque liberam a viribus excitantibus non exoptatis. Sapore et odore illud carere, et efficacissimum esse in parva dosi inter commoda maxima habendum.

SAPA ACETI est residuum ab Aceto destillato.

SAPA UVARUM = Roob Uvarum.

SAPA VOMITORIA SYLVII remedium vomitorium Codicum veterum ex Musto Uvarum et Vitro Antimonii paratum.

**SAPO ACIDUS VITRIOLATUS**, Unguentum Acidii sulphurici s. sulphuricum. Vitriolölseife, schwefelaurae Seife. *Savon acide de sulphurique.*

Rec. Ol. Olivar. Unc. octo, mortario vitro vel sinensi immissis successive et parvis portio- nibus sub perpetua agitatione cum pistillo vi- treo, et evitanda incandescentia admisce Olei Vi- trioli Unc. quinque. Sapo acidus ACHARDI prope ad hanc formulam accedit, consistit enim ex Ol. Oliv. part. tribus, Ol. Vitrioli part. duabus.

**SAPO AETHERIS ACETICI**, s. Linimentum Saponis aethereum, s. Solutio Saponis aetherea. *Güssigäther-Seife, Güssig- naphtha-Seifenlösung.*

**VAN MONS**: Rec. Saponis medullae bovinæ natrīci Unc. unam, solve in Naphth. Acet. Unc. quinque. **BORIES**: Naphth. Acet. Unc. duas, CADET octo cet. par.

**SAPO ALCOHOLICO-AMMONIATUS** vid. Balsamum Opodeloc (p. 118).

**SAPO AMMONIACALIS** = Linimentum volatile.

**SAPO AMMONIACALIS CAMPHORATUS** = Balsamum Opodeloc.

**SAPO AMYGDALARUM**. Mandeln- seife. *Savon d'Amandes.*

Rec. Sapon. albi Libr. quatuor, Aquae pluvialis Libr. duodevinti, leni igne solutis adde Albumina Ovorum octo, Amygdalar. amarar. exorcicat. et contusar. Unc. quatuor, fiat emulsio cum Aq. Rosar., — Lavend. aa Libr. tribus, Liq. Kali carbon. Unc. quatuor, Ol. Caryophyll. q. s.

**SAPO AMYGDALINUS**. Mandeln- seife. *Savon amygdalin.*

Rec. Lixivii caustici mineralis pond. spec. 34 Unc. decem, Ol. Amygdalar. Unc. vi- ginti et unam, mixta et bene exigitata se- pone in vase fistili vel sinensi per aliquot dies in locum tepidum et interdum iterum agita donec consistentiam unguinosam in- duerint, tum in modulos fistilis vel orbes, ex quibus edere solent, distribue, in quibus perfecte solidifiat. Hic sapo non nisi post menses aliquot in usum vocetur, donec Na- trum causticum attracto Acido carbonico hebetatum fuerit. Sapo cum Calomel mixtus non cinerescat. Ph. Gall. 1837: Saponem amygdalinum habet pro medicato, quem ceteri Codices ex Oleo Olivaram pa- rari jubent.

**SAPO ANIMALIS** vide Sapo medullae bovis.

**SAPO ANTIMONIALIS**, s. Antimonii, Sapo stibiatus, Sulphur auratum saponatum, Sapo Hy- droslphureti Oxyduli Stibii. *Spiegelglanzseife. Savon antimoniale ou stibié.*

Rec. Sulphuris aurati Antimonii Unciam unam, digerendo solve in Lixivii caustici vegetabilis sufficiente quantitate, solutioni adde Aquae destillatae pondus triplum, tum filtratae admisce Saponis medicati rasi Un- cias sex, et leni igne ad massae pilularis consistentiam redige. Si coloris rubelli ali- quantum superest, admisce Lixivii cau- stici vegetabilis guttulas ut dispareat et col- lor albus cinereus prodeat. In vasa mi- nuta, expost optime claudenda, ingere.

Sit coloris cinerei, in aqua perfecte so- lubilis, acidis additis rubescat et gas hy- drothionicum emittat, sit saporis non nimis alcalini.

Hanc formulam Ph. Bor. ed. 5, Dan., Hamb. 1835, Hann. 1833, Oldenburg., Polon., Saxon. 1837 secutas sunt.

Ph. Slesv.-Hols. praescribit: Natrii sulphurati stibiat stibiat caute desiccati Unc. unam, Aq. destill. Unc. quinque, Sapon. medicat. Unc. tres. Haec formula difficulter in parvis copiis parandis exercetur. Nil attinet Codicum dissensum referre, quum una formula ubique fere praevaluit.

**SAPO ANTISIALAGOGUS SINGERI**, Sapo sulphurato-ceratus Ph. Bavar. *Ges- schwefelte Wachsseife, Singer's Speichel- seife.*

Rec. Hepat. Sulphur. salini Unc. unam solve in Aq. dest. Unc. duabus, filtra, solutioni ad- huc servidae adde Cerae flavae concisae Unc. unam. Fac evaporare donec Sapo solidefactus fuerit. Serva baculos charta cerata involutos.

**SAPO AROMATICUS**. Riechseife. *Savon aromatique.*

Rec. Solut. Sapon. aquosae concentr. Unc. sex, Ol. Bergamott., — Lavend., — Rorismar. aa Drachm. duas. Multae varietates in admis- cendis Oleis aetheris, excoxitari et ad olfactus arbitrium componi possunt. Sed has suffito- ribus relinquamus.

**SAPO AROMATICUS PRO BAL- NEIS** Ph. Bor. ed. 5.

Rec. Sapon. Venet. pulv. Unc. quatuor, Amyli Unc. duas, Rad. Ireeos pulv. Unc. unam, Balsam. Indici nigr. Gutt. septem, Ol. Bergamott., — de Cedro, — Lavandul. aa Scrup. unum.

**SAPO ARTHRITICUS POTTII** vide Linimentum muriatico-therebinthinatum (p. 512).

**SAPO CACAOTINUS**, Sapo Bu- tyri Cacao. *Cacaoseife. Savon de Cacao.*

Rec. Lixivii caustici mineralis justi pon- der. specifici partem unam, Butyri Cacao partes duas, in vase fistili liqua et inter agi- tationem fove donec perfecte sint commixta et sapo factus fuerit. Sub finem, si lixivii aliquid a sapone separatum appareat, aquam destillatam calidam affunde ut iterum cocant, tum fove per aliquot horas et rite

inspissatum in modulos effunde et imprime. Ceterum vide Sapo medicatus.

Est Sapo durus albissimus, saponi ex medulla bovis vel e sevo parato similis.

SAPO CALCAREUS s. calcicus vid. Linimentum ad ambustiones (p. 509).

SAPO CAMPHORATUS WETZLER. Weßler's Camphorseife. Savon camphré de Wetzler.

Nº 1. Rec. Sapon. domest. pur. ras. Unc. decim. Coq. cum Aq. dest. fér. Unc. octo in vase terreo vitreato leni igne et sedulo agitata ad consistentiam pultis. Adde Ol. Olivari. Provinc. Unc. quinque. Coque eodem igne sub continua agitat. ad consistentiam pultis tenuis. Massae ab igne remota ac semirefrigeratae admisce Camphor, in Ol. Oliv. Prov. Unc. duas solutae, Unc. unam. Miscelam per aliquot momenta agitatam effunde in formas.

Nº 2 pari modo paratur, nisi quod Ol. Oliv. varum Unc. septem, Camphorae Unc. duas in eadem copia Ol. Oliv. solutas addas.

SAPO CEREUS. Wachseife. Savon de cire.

Rec. Cerae flavae partes tres, Lixivii caustici mineralis partes duas, caloris ope in saponem verte encheiresi voce Sapo medicatus praescripta.

SAPO CHEMICUS vide Ossa alba HELMONTII.

SAPO CHIMICUS DIPPELII vid. Mixtura topica (p. 570).

SAPO COCONEUS, Sapo Olei Cocos. Cocosnussölfseife, Cocosölsofseife, Palmölseife. Savon de Cocos.

Oleum expressum Fructuum Cocos nuciferae cum Lixivio caustico minerali in saponem vertatur methodo voce Sapo medicatus praescripta. Si saponem splendidum albissimum odoris hircini plane expertem vis adhibere, melius saponem coconeum cosmeticum ubique mercabilem coemas, quam ipsum tibi praepares; non enim singulis licet eas vias indagare, quibus odor nauseosus, manibus diu inhaerens, destruitur; qui vero hanc rem penitus explorarunt, ne tibi aliquid ea de re canant, satis bene carent.

SAPO COSMETICUS Ph. Bor. ed. 5. Toilettenseife. Savon cosmétique.

Rec. Sapon. Venet. Unc tres, Rad. Ircos Flor. Unc. unam, Ol. Lavend. Drachm. semis, — Bergamott. Serup. unum, Aq. Rosar. q. s. ut fiat globulus.

SAPO ENCAUSTICUS s. Cerae. Encaustische Seife.

Rec. Cerae flavae part. 1250, Sapon. alb. part. 165, Ciner. clavell. depur. part. 125, Aq. servid. part. 4000.

SAPO GUAJACINUS, Balsamum Guajaci saponaceum. Guajacseife. Savon de Gayac.

Rec. Lixivii caustici vegetabilis duplo aquae diluti (vel melius in praeparatione Lixivium nondum concentratum reponet) et leniter ebulliente sub continua agitatione per vices insperge Resinae Guajaci pulveratae quantum ab illo dissolvitur. Liquoremcola per linteum laxioris texturae et balneo vaporis evaporandum ad massae pilularis consistentiam redige.

Sit coloris viridi-fusci saporis et odoris resinae guajaci, non nimis alkalini, solutione in aqua viridi-fusca limpida. Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Hass., Oldenburg., Polon., Slesv.-Hols. receperunt.

SAPO GUMMI AMMONIACI, Gummi Ammoniacum alcalisatum Disp. Lipp.

Rec. Gummi Ammoniaci Unc. sex, Alcali vegetabilis caustici siccii (Kali caustici) Drachm. tres, Aq. dest. Unc. novem, coque donec coire cooperint, adde Alcali vegetabilis caustici siccii Drachm. duas et semis, Aq. dest. Unc. quatuor, coctione misce et fac evaporare ad siccum.

SAPO GUMMI GUTTI. Guttiseife. Savon de Gomme Gute.

Secundum Disp. Lipp. paretur ad eandem regulam sicuti Sapo Gummi Ammoniaci. SOUBEIRAN melius docet, Gummi Guttii partem unam, Sapon. medicat. part. duas, Spir. Vini rect. q. s. ad solutionem simul solvantur, tum Spiritus destillat et residuum consumatur ad consistentiam pilularum. Blandius agere dicitur Sapo Guttii quam resina per se.

SAPO HYDRARGYRI vid. Sapo mercurialis.

SAPO HYDROSULPHURATI OXYDULI STIBII SULPHURATI vid. Sapo antimonialis.

SAPO JALAPPINUS. Jalappenseife. Savon de Jalap.

Rec. Resinae Jalappae pulv., Sapon. medic. rasi aa partes aequales,

solve in sufficiente copia Spiritus Vini rectificati, liquata blando calore evaporent continue agitata ad massae pilularis consistentiam. — Vis: purgans.

Sit e fusco-griseus, tritus ex albo griseus, in Spiritu Vini rectificatissimo et Liquore Kali caustici solubilis.

Omnes Codices Germaniae in hae formula conveniunt. VOGLERUS Saponem et Resinam titram intime mixta cum Spiritu Vini irrorari vult. Hoc quoque sufficere crediderim.

## SAPO LIQUIDUS RENNIE.

Rec. Sapon. Venet. Libr. duas, Spir. Vini  
Libr. decem, Ol. Rosmar. (Ol. Lavand.) Unc.  
semis, soluta per gossypium trajice.

## SAPO MEDICATUS. Medicinische Seife. Savon médicinal.

*Synon.* : Sapo medicinalis, s. amygdalus.

Rec. Olei Olivaram Uncias viginti,  
Lixivii caustici mineralis justi  
pond. spec. 1,34 Uncias  
undecim,

bene mixta digere in balneo aquae  
(vel leni in igne) donec spissescant,  
quod post horas duas vel  
citius accidet. Si Lixivium a Sa-  
pone secedet, adsperge Aquae  
destillatae sufficientem copiam (e.  
gr. Unc. tres ad quatuor) ut intime  
misceantur, tum sepone in locum  
temperatum per dies aliquot.

Saponem nunc induratum Aquae  
sufficiente copia addita (e. gr. di-  
midio pondere) leni igne liqua,  
tum solutionem saturatam fervi-  
dam Salis communis affunde, quae  
sufficiat ut Sapo a Lixivio salino  
secedat et in superficie innatet.  
Miscelam coque per horae qua-  
drantem, tum refrigerandam sibi  
derelinque. Saponem in super-  
ficie induratum exime, lixivio aqua  
adspersa abluto in taleolas scis-  
sum sicca in loco non nimis ca-  
lido. — *Vis:* solvens, antacida,  
involvens.

Sint taleolae albissimae, durae, lae-  
ves contactu, odoris debilis, minime  
rancidi, saporis blandi non acris ale-  
alini nec rancidi din persistentis; ne  
sit oleosus vel exsiccationem respues.  
*Usus:* in obstructione viscerum abdo-  
minalium, soda stomachi, serophulis,  
adiposi.

In parando Sapone medicato summa cir-  
cumspetione opus est ne praeparatum prauum  
atque vitioum obtineas, ergo hac de-  
re pauca adnotacione digna referam.

Prae caeteris eo nitendum est, nullum  
saponi inesse oleum pingue, quod non con-  
nubium habeat cum Natro. Hac enim re  
sapo rancidus fit, flavescit, odorem pene-  
trantem nauseosum exhalat, exsiccati et  
pulverari respuit. Facilius fertur alcali  
aliquid superesse, quam olei.

In parando sapone non sapore alcalino  
miscelae dignoscit potest, alcali copiam sup-  
petere, nam longum per tempus simul Al-  
cali excedere et Oleum non saponificatum  
adesse potest. Certius ages, si saponem  
recenter parandum bene alcalinum reponas.

Sapo semiparatus magnam Olei immu-  
tati copiam includere et aqua penitus dis-  
solvit potest; cave ergo ne his signis fal-  
laris.

Codices plurimi praecipiunt Saponem  
medicatum sola mixtione lixivii et olei (Ph.  
Gallica Amygdalarum, ceterae Olivaram)  
parari. Sed hac methodo et Glycerinum,  
quod Olei dulce dicitur, et Alcali super-  
stes Saponi immixta manent. Certius est  
saponem fieri cum Alcali perspicue super-  
stite, et hoc salitione exerni. Si lixivium  
nimis spissum est a Sapone jam formato  
secedit, quia sapo lixivio non solvitur. Huic  
incommodo Aqua addita curatur, lixivium  
diluitur et eum Sapone misceri potest.

Si Sapo cum Lixivio non sufficiente pa-  
ratur et per aliquot dies aeri exponitur,  
nova solutione valde flavescit imo fuscescit.  
Hic color salitionibus iteratis aufer-  
tur. Sapo cum pari vel duplo pondere  
Aqua pluvialis emollitur et coquitur, tum  
Salis communis tanta copia adiiciatur ut sit  
tertia pars aquae adhibebatur. Coloris  
plurimum in lixivio salino remanet, sapo  
jam est decoloratus. Operatio aliquoties  
repetatur, quod quidem in sapone ab initio  
alcalino et rite parato non opus est.

Lixivium natrinum, quod est pond. spec.  
1,34 continet Natri anhydri partes centesi-  
mas 24½ ex tabula Daltoniana, quae unica  
est hac de re elaborata. Brevi calculo repe-  
ties, in proportione Lixivii partis unius pro  
Olei partibus duabus, Natri anhydri partem  
unam respondere Olei partibus octo. Protin-  
us calculo probabis pro Olei Olivaram Un-  
ciis viginti saponificandis requiri Lixivium,  
quod ex Unciis undecim et dimidio Natri  
carbonici crystallisati parari possit. Si  
ergo Lixivium natrinum praeparatur pri-  
mum, quod multo praestat quam vetustum  
adhibere, Olei copiam ex Natre carbonico  
adhibito computabis, et Lixivium adhibebis  
antequam ad pondus specificum illud sit  
redactum. Lixivium eo facilius purum ab  
acido carbonico et colore prodit. Si Li-  
xivium praesto est, quod non justam den-  
situdinem habeat, et tabula sequente copiam  
adhibendam computabis.

Sumantur enim pro viginti Unciis Olei  
Olivaram Lixivii caustici mineralis, quod  
habet

Pond. spec.	Unciae	Drachmae
1,47	7	3
1,44	8	1/2
1,40	8	5
1,36	9	5
1,34 — 1,35	10	9
1,32	10	7 1/2
1,29	13	1 1/2
1,23	15	5
1,18	19	2
1,12	27	6

**SAPO MEDICATUS AMYGDALI-**  
NUS est Sapo medicatus cum Oleo Amygdalarum dulcium paratus. Ph. Gall. 1837 praecepit Lixivii caustici mineralis Unc. decem, Ol. Amygdalar. dulc. Unc. viginti et unam, mixtione et digestione in saponem verti. Omnia, mutato nomine, valent, quae voce antecedente exposuimus.

**SAPO MEDULLAE BOVIS**, s. animalis. Ochsenmarkseife. Savon de moelle de boeuf, Savon animal.

Rec. Medullae bovis eliquatae partes duas, leni igne liquescant in vase sinensi, adde Lixivii caustici mineralis justi pond. spec. partem unam, intime misce et misce-lam per aliquot horas leni igne fove, ut medulla liquida maneat; saponem in modu-lo effunde quos per septimanam sepone. Simili modo Sapo paretur ex sevo et axun-gia porci. Pareatur si sapo domesticus sa-tis purus non prostat pro Balsamo Opodelloc.

**SAPO MEDULLAE BOVINAE AMMONIA-CALIS CAMPHORATUS** = Balsamum Opodelloc.

**SAPO MERCURIALIS CHAUSSIER.** Chau-sier's Quecksilberseife. Savon mercurial de CHAUSSIER.

Rec. Ungt. Neapolitan. Unc. tres et semis, Lixivii caustici mineralis Unc. tres, in morta-rio intime misce trituruando donec miscela te-nacitatem induerit, tum in chartam pone, ut saponis consistentiam nanciscatur.

**SAPO MERCURIALIS VOLATILIS** vid. Li-nimentum mercuriale (p. 512).

**SAPO OLEACEUS WETZLER.** Weßler's Deliseife. Savon huileux de Wetzler.

Rec. Sapon. domest. conc. Unc. sedecim, Aq. fervid. Unc. octo. Coq. in vase terreo vitreato leni igne sedulo agitando ad consistentiam pul-tis. Adde Ol. Oliv. Provinc. Unc. sex; coque eodem igne sub continua agitatione per qua-drantem horae. Massam effunde in formas.

† **SAPO OLEI CROTONIS.** Crotonöl-seife. Savon d'huile de Croton.

Rec. Ol. Crotonis Drachm. duas, Lixivii caustici saponar. Drachm. unam; mixta mox in pilularum consistentiam concrescunt.

**SAPO OLEI TEREBINTHINAE ET POTASSAE** = Sapo Starkeyanus.

**SAPO STARKEYANUS** s. STARKEYI, Sapo Tartari, s. tartari, s. chemicus pro usu externo, Sapo Potassae terebinthinatus, Sapo Olei volatilis Terebinthinae et Potassae. Starkey'sche Seife, Terebinthinölseife. Savon de Starkey, Savon de Térebinthine.

Rec. Cinerum elavellatorum depurato-rum recenter siccatorum Unc. unam, in mortario tritis adde Olei Terebinthinae Unc. unam, denique Terebinthinae Venetae Unc. unam admisce, mixta bene tri-tura donec mellis spissioris consistentiam induerint. In vase fictili serva. Olim Li-xivium causticum vegetable ad saponifica-tionem adhibebatur, quae cum nihilominus non efficiatur, methodus certior est ante-ponenda. Exempli gratia Ph. Hass. vet. praeccepit Lixivii partem unam, cum tribus partibus Olei Terebinth in saponem verti; AUGUSTIN: Ol. Terebinth. Unc. semis, Te-rebinth. Venet., Ol. Amygdalar. dule., Li-xivii caustic. vegetab. aa Unc. unam.

**SAPO STIBIATUS** vid. Sapo antimonialis.

**SAPO SULPHURATO-CERATUS** vid. Sapo antisialagogus.

**SAPO SULPHURETI SODAE VAN MONS.**

Rec. Saponis Medullae part. unam. Hepat. Sulphur. natrini part. duas, Spir. Vini rectiss. part. sex, solve, cola.

**SAPO SUPERAMMONIACATUS** vid. Un-guentum CONCRETI.

**SAPO TARTAREUS** = Sapo Starkeyanus.

**SAPO TEREBINTHINATUS** vid. Balsamum Vitae externum (p. 124) et Sapo Starkeyanus quorundam.

**SAPO TIGLI** vid. Sapo Olei Crotonis.

**SAPO UNGUINOSUS HANDSCHUH.**  
Schmierseife.

Rec. Lixivii caustici vegetabilis (pond. spec. 1,33) part. unam, Adipis suilli part. duas, calore saponificationem adjuva. In locum Saponis viridis plerumque foetidi substituitur in scabie sananda.

**SAPO VVOLOGDENSIS** s. Sapo rossi-cus est Sapo durus domesticus in urbe Vvo-logda Rossiae et alii urbibus paratus.

**SATURNUS ACETOSUS** = Saccharum Sa-turni.

**SCAMMONIUM PRAEPARATUM** vid. Dia-crydium (p. 252).

**SCILLA PRAEPARATA** est Pulvis Scillae contusione Radicis caute siccatae obientus.

SCOBS FERRI = Limatura Ferri.

SEBUM CACAO vid Butyrum cacao (p. 142).

SERICUM ADHAESIVUM = Emplastrum Anglicum.

SERICUM VESICATORIUM. Blasentafft.  
Taffetas vésicant.

Rec. Naphth. Aceti Unc. duas, solve in illis Colophonii Drachm. duas, admisce Cantharidum subt. pulv. Drachm. unam et semis, hanc miscelan in sericum expansum illine. Alia formula est: Cantharides extrahe Naphtha Vitrioli, Tincturam abstrah e retorta, crassum residuum oleosum cum duplo pondere cerare liqua et in serico expande.

SERUM LACTIS ACETOSUM. Gfßigmolzen.  
*Petit lait à vinaigre.*

Rec. Lactis vaccini, Aquae commun. aa Libr. unam, coquenteribus adde Aceti crudi Drachm. sex, post coaguli secretionem cola.

SERUM LACTIS ACIDUM vid. Serum Lactis commune.

SERUM LACTIS ALUMINATUM  
s. aluminosum. Alaunmolzen. Pe-  
tit lait à l'alun.

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Lactis vaccini Libr. tres, coquenteribus injice Aluminis pulverati Drachm. unam. Cola, colaturam cum sufficiente copia Albuminis ovorum in nive pulsati clarifica, colature Conchis praeparatis aciditatem aufer et filtra. Ph. Hass.: Lactis Libr. quatuor, Aluminis Scrup. quatuor, Albumina Ovorum duorum. Ceteri Codices nonnisi de Aluminis adhibendi copia differunt.

SERUM LACTIS ALUMINOSUM CUM  
CINNAMOMO. Alaunmolzen mit Zimmt. Pe-  
tit lait aluné à canelle.

Rec. Alumin. pulv. Drachm. unam, Sacch. Lact. Drachm. semis, Cort. Cinnamom. pulv. Gran. quindecim, Lactis vaccin. Libr. unam et semis, coque, cola.

SERUM LACTIS ANTISCORBUTICUM. Antiscorbutische Molzen. Petit lait antiscorbu-  
tique.

FERRARINI: Rec. Lact. vaccini rec. Libr. unam, Succi antiscorbut. Unc. quatuor, coque, cola post coagulationem. Disp. Palat.: Tamarind. Unc. semis, Hb. Acetosellae sesqui-manipulum, Hb. Betonicae, Cerefolii aa manip. semis, Seri Lact. Libr. tres, infunde fervida, colatura adde Syr. Acetos. Citr., — Rubi Idaci, — Violar. aa Unc. unam.

SERUM LACTIS APERITIVUM SAINTE-  
MARIE.

Rec. Seri clarificat. Unc. sedecim, Rad. et Hb. Taraxaci, Hb. Fumar., — Nasturt., — Charophyll. aa pugill. unum, parum ebulliant, coletur, addatur Sal. SEIGNET. Drachm. una, Mell. alb. Drachm. sex.

SERUM LACTIS CHALYBEATUM Disp.  
Brunsv.

In sero lactis pluries extingue Ferri rudes rubro-candentes et filtra.

SERUM LACTIS COMMUNE, s.  
clarificatum, s. depuratum. Ge-  
wöhnliche Molzen. *Petit lait.*

Rec. Lactis vaccini Libr. duas, calefacient ad ebullitionem, tum sensim et caute instilla solutionis Acidici tartarici (part. 1 in part. 8 Aquae) quantum sufficit, ut coagulum facile separetur. Cave ne solutionis acidiae nimium addas, quo clarificatio impeditur aliquid. Serum absque expressionecola per telum laxioris texturae. Seorsum Albumen ovi ope virgæ salicinae in spumam pulsa cum pauxillo Aquae, serum pedentem adde, calefac ad ebullitionem ut albumen iterum coeat. Post subsiden-tiam filtra per chartam bibulam antea bene cum aqua lotam. Vis: temperans, laxans, diuretica, solvens. Usus: in sanguinis phlogistica, phthisi pulmonali, tuberculosa, ob-strictione viscerum abdominalium.

Serum Lactis eo consilio paratur, ut e lacte materiae caseosæ et butyraceæ excernantur, nec nisi saccharum lactis, acidum et salia remaneant. Acidò quovis coagulatio casei efficitur, sed aliis plus minusve concinne. Acidò aceticò et Aceto facile sapor nauseosus quidam assertur, Acidà mineralia dentes rodunt. Cremor Tartari incommodum secum fert, quod Serum clarificatum post horas aliquot opalescat a calcaria tartarica expost secreto. In economia, nec non hinc inde in laboratoriis stomachus vitilinus (Laabmagen, *présure*) inservit ad caseum coagulandum, cu cum hac de re priores defere nullo modo possumus, causam dicere nolumus, cur in rem pharmaceuticam introducatur. Acidum tartaricum et commodius et ci-tius adest. Res vero tali modo agitur. Stomachi vitilini siccii Scrupulum unum cum Aq. comm. Uncia una dilue et adde Lactis vaccini Libras duas; in loco stent tepido, donec coierit ca-seum. Cola et si vis clarifica ut supra.

SERUM LACTIS COMPOSITUM BORIES.

Rec. Seri Lactis Libr. duas et semis, Succi Citri Unc. unam, Conserv. Rosar. vitriolat. Drachm. sex.

SERUM LACTIS DEPURATUM vid. Serum Laetus commune.

SERUM LACTIS DULCE HOFFMANNI.

Rec. Lact. vaccini q. v., evaporet ad siccum in pelvi stannata blando igne assidue agitatum; partem oleosam effunde a pulvere, ceterum coque cum pari pondere aquae, qualis erat lactis, et filtra.

SERUM LACTIS DULCIFICATUM. Ver-  
fügte, entfärbte Molzen. *Petit lait doux.*

Rec. Lactis vaccini Libr. tres, coquenteribus adde Tartari depur. Drachm. unam, cola post coagulationem, clarifica cum albumine, iterum cola, acidum cum conchis praeparatis aufer, denuo filtra.

## SERUM LACTIS HAGUEN. — SINAPISMUS FORTIOR 729

### SERUM LACTIS HAGUENOTI.

Rec. Lactis vaccini Unc. sedecim, ope stomachi vitalini coagulet, coletur, clarificetur albumine, infundatur servidum in Hb. Hederae terrestre. pugill. septem, adde Sacchari albi q. s.

### SERUM LACTIS MANNATUM s. purgans.

Rec. Mannae Unc. unam, Cremor. Tart. Unc. semis, Seri Lact. clarific. Unc. sex; vel: Pulp. Tamerind., Mann. aa Unc. unam et semis, Seri Lactis q. s. ad colat. Libr. duarum.

### SERUM LACTIS PULVERATUM.

Rec. Sacch. Lactis Drachm. duas, — albi Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. semis.

SERUM LACTIS PURGANS = Serum Lactis mannatum.

SERUM LACTIS SINAPINUM s. cum Sinapi. *Senffämmelosen.* *Petit lait sinapisé.*

Disp. Lipp.: Rec. Lact. vaccini Libr. duas, Sem. Sinap. Unc. duas, coque ad coagulationem, cola. Disp. Fuld.: Sem. Sinap. Unc. sesqui cet. par.

SERUM LACTIS SINCERUM s. praeparatum = Serum Lactis commune.

### SERUM LACTIS VAN SWIETENII.

Rec. Rad. et Hb. Taraxaci, Hb. Fumar., Fol. Nasturtii, — Cerefolii aa Manic. unum, coque cum Seri Lactis clarif. Unc. sedecim, colat. adde Sal. SEIGNETT. Drachm. duas, Mell. alb. Drachm. sex.

SERUM LACTIS TAMARINDINATUM s. temperans. *Tamarindenmölzen.* *Petit lait à tamarindes.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Lact. vaccini Libr. tres, coquentibus addo Pulpae Tamarindorum Drachm. unam, cola, et Albumine clarifica.

### SERUM LACTIS TARTARISATUM. *Weinsteinnöpfchen.* *Petit lait tartreux.*

Rec. Lact. vaccini Libr. tres, fervefactis in vase fistili adde Tart. dep. pulv. Drachm. tres Coque ad perfectam casei separationem. Colatura refrigeratae admisce Album. Ovor. duo. Denuo coque per breve tempus. Cola.

### SERUM LACTIS VINOUM. *Weinmölzen.* *Petit lait viné.*

Ph. Bruns., Fuld.: Rec. Lactis vaccini part. quatuor, Vini albi aciduli part. unam, coque, post coagulationem cola. Disp. Lipp. Lactis part. tres pro una Vini.

### SERUM LACTIS WEISSII. *Weiß's Möpfen.* *Petit lait de Weiß.*

Rec. Follicular. Senn., Sal. amar. aa Unc. semis, Flor. Sambuc., Summit. Hyperici perfol., — Galii veri aa Drachm. unam, Seri Lact. clarific. Libr. unam, infunde leni calore per horas duas, cola.

SESQUICHLORETUM FERRI vid. Ferrum muriaticum oxydatum (p. 429).

### SIEF ALBUM Disp. Bruns.

Rec. Gummi Arab., — Tragacanth., Amyli aa Unc. semis, Ceruss. Drachm. sex, Sarcocolla Drachm. tres f. pulv.

### SIEF ALBUM CUM OPIO.

Cuivis Scrupulo antecedentis adde Opii Granum.

**SINAPISMUS COMMUNIS** s. simplex, Cataplasma epispasticum s. irritans, Linimentum rubefaciens. *Senfsteig,* *Senfaufschlag.* *Sinapisme.*

Rec. Seminis Sinapis nigri contusi q. v., Aquae communis tepidae par pondus vel quantum satis ad pulticulam efficiendam; intime misce extempore.

In parando Sinapismo communi non raro peccatur de consilio rem melius faciendi. Plurimum jubetur Sinapismum parari cum Aceto, at quidem hac additione vires vesicantes Sinapis magis infringuntur, quam adjuvantur quod facilime ex comparatione saporis odoris et efficacie in cutem dognoscitur. Aqua communis, eaque frigida vel tepida nec tamen fervida optime inservit ad virtutem epispasticam in semine extitandam. Sinapismus fit fortior, si Oleum pingue praevie ex seminibus expresseris, subintellige calore non adhibito; hoc vero non sine medico concio et consentiente fiat, nam in consilio esse potest vim aliquantulum oleo diminui, Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols.: Sem. Sinap. Unc. unam, Farinae Seccalii Unc. semis, Aceti q. s., Ph. Lond. 1836: Sem. Lini, — Sinapis aa Libr. semis, Aceti ferridi q. s., Ph. Hann. 1833 ad nostram formulam accedit. Aliae Pharmacopoeiae nonnisi de Farinae quantitate discrepantes, praeterantur.

*Vis:* irritans, rubefaciens, derivans.

*Usus:* in lipothymia, inflammationibus derivandis, ad resuscitandam vim vitalem.

### SINAPISMUS ACRIOR PLERNCKII.

Rec. Sinapisi simpl. Unc. sex, Fol. Rutaie Unc. semis, Sal. Gemm. Unc. unam, Acet. scilicet. q. s. ad consistentiam.

**SINAPISMUS FORTIOR.** *Scharfer Senfsteig.* *Sinapisme forte.*

Ph. Hann. 1833, Slesv.-Hols.: Rec. Pulv. Semin. Sinapis nigr. Unc. semis, Piperis nigri Drachm. unam, Rasurae Radicis Armoraciae, Fermenti Panis aa Unc. unam, Aceti concentrat q. s. ut fiat cataplasmata. Ph. Hass.: Sem. Sinap., Ferment. Panis aa Unc. tres, Piper. nigri Unc. unam, Aceti q. s. Ph. Ferrar.: Ferment. Panis Unc. duas, Sal. commun., Sem. Sinap. aa Unc. semis, Aceti q. s. Ph. Hisp.:

Fermenti Panis Unc. unam et semis, Sem. Sinap. Unc. quatuor, Sal. Ammon. Drachm. unam, Hb. Rutae cont. Unc. semis, Aceti q. s. Disp. Brunsv. (Cataplasma epis-  
pasticum) Ferment. Panis, Sapon. nigr.  $\frac{1}{2}$   
Drachm. duas, Sem. Sinap., Hb. Rutae  $\frac{1}{2}$   
Unc. semis, Ceparum contus. Unc. unam,  
Sal. commun. Unc. semis, Aceti q. s.

SMEGMA CEPHALICUM FULLER.

Rec. Sapon. Venet Unc. duas, Ol. Rorismar.,  
— Lavend., — Nuc. mosch.  $\frac{1}{2}$  Gutt. sedecim,  
Ol. Caryophyll., — Origani  $\frac{1}{2}$  Gutt. octo,  
Aqua parum; fermentur pilae ad caput la-  
vandum.

SODA = NATRUM, ejus salia nomine Sa-  
lis natrici vel nomine antiquo reperiuntur,  
sicut pro Soda phosphorica vide Natrum phos-  
phoricum, Soda sulphurica vid. Sal mirabile  
GLAUBERI.

SODA POWDER vid. Pulvis aërophorus  
cum Soda.

SOLAMEN HYPOCHONDRIACUM KLEINI.

Rec. Tart. tartaris. Drachm. tres, Lact. Sulph.  
Scrup. duos, Rad. Rhei Drachm. unam, Elaco-  
sach. Foenic. Drachm. tres, Cort. Aurant.,  
Magnes. alb.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam et semis.

SOLANINUM. Solanin. *Solanine*.

Sarmenta Solani tuberosi, quea vere in  
cellis e tuberibus excrescere solent bene con-  
tunde et macera cum aqua leviter Acid. Sulphurico acrefacta. Exprimie. Liquorem  
praecipita solutione Sacchari Saturni, quam-  
diu praecipitatum efficitur, tum filtra. Li-  
quorem filtratum cum lacte calcareo misce,  
praecipitatum ablue cum aqua et siccatum ex-  
trahe Spiritu Vini rectificatissimo fervido.  
Crystallos tenues floecosas vel aciculares refrig-  
eratione et evaporatione obtentas novis cry-  
stallisationibus depura. — Sint crystalli deco-  
lores vel pulvis lamellosum, aqua non solubilis,  
Spiritu Vini parum, Acidis facile solubilis.  
Usus medicus adhuc nullus.

SOLUTIO ACETATIS AMMONIAE vid.  
Spiritus MINDERERI.

SOLUTIO ACETATIS CUPRI et MURIA-  
TIS AMMONIAE vid. Aqua ophthalmica coe-  
rulea (p. 82).

SOLUTIO ACETATIS KALICI Ph. Suec.,  
Mixtura salina Ph. paup.

Rec. Ciner. clavell. depur. Drachm. tres,  
Aceti Vini Unc. novem, vel q. s. ad saturan-  
dum, Aq. fluviat. Libr. unam, Syr. Sacch. Unc.  
duas, filtra.

SOLUTIO ACETATIS KALICI CARBONI-  
CA Ph. Suec.

Rec. Aceti Vini Unc. novem, Aqua dest.  
Libr. unam, Syr. Sacch. Unc. duas, in lagenam  
vitream immisces adde Salis Tartari in frustulis  
Drachm. tres, lagenam subere claude et in loco  
frigido sepone.

† SOLUTIO ACETATIS MORPHINAE,  
s. Guttae anodynæ, Guttae lenien-  
tes, deprimentes. Essigsaure Morphium-  
lösung.

Ph. Ferrar.: Rec. Morphii acet. Gran.  
sedecim, Acidi acetici Gutt. quatuor, Aq. dest.  
Unc. unam, Spir. Vini rect. Drachm. unam.

SOLUTIO ACETATIS ZINCI s. Zinci  
Acetatis. Essigsaure Zinflösung. *Solution  
d'Acetate de Zinc*.

Ph. Edinb.: Rec. Vitrioli Zinci Drachm.  
unam, solve in Aq. dest. Unc. decem; seorsim  
solve Sacchari Saturni Scrup. quatuor in Aq.  
dest. Unc. decem, liquores misce, fac seponere  
et filtra.

SOLUTIO ACIDI PHOSPHORICI Ph. Suec.  
paretur, malo admodum consilio, ex Acid. phos-  
phorico crudo, quod cum Ammonio sat-  
retur, ad siccum redigatur et in vase argenteo  
uratur. Residuum in tripla copia Aquae de-  
stillatae solvatur.

SOLUTIO ALCOHOLICA POTASSAE vid.  
Tinctura kalina.

SOLUTIO ALUMINIS KINOSATA.

Rec. Kino Drachm. duas, Aq. comm. ferv.  
Unc. sex, colatura adde Alumin. Unc. semis.

SOLUTIO ANTIPSORICA CUM CHLORU-  
RETO CALCIS MAGENDIE.

Rec. Chlorureti calcis Unc. tres, Aq. dest.  
Unc. sedecim, solve, filtra.

SOLUTIO ANTISCROPHULOSA AUGUSTIN.

Rec. Ferri muriat. oxyd., Baryt. muriat.  $\frac{1}{2}$   
Drachm. semis, Aq. dest. Unc. unam.

SOLUTIO ANTISTRUMALIS PIERQUIN.

Rec. Ferri iodati Gran. quinquaginta, Aq.  
dest. Unc. quatuor.

† SOLUTIO ANTISYPHILITICA WEICKARD.

Rec. Mercur. sublim. corros., Sal. Ammon.  
 $\frac{1}{2}$  Gran. quatuor, Aq. dest. Unc. duas, Laudan.  
liq. SYDENH. Gutt. triginta sex, Ol. Cinnamomi.  
Gutt. unam.

† SOLUTIO ARSENIATIS AMMONIAE  
RATIER.

Rec. Arseniatis Ammoniae Gran. octo, Aq.  
dest. Libr. semis, Spir. Angelicae Unc. semis.

† SOLUTIO ARSENICALIS AMARA, s.  
Solutio Arsenitis Kalicea amara Ph.  
Suec.

Rec. Arsenici albi, Sal. Tartari  $\frac{1}{2}$  Drachm.  
unam et Gran. quatuor, Aq. fluviat. Unc. qua-  
tuor et semis, coque ad solutionem, filtra,  
adde Aquam ut Pondus Unc. decem et dimidiae  
expleatur, tum adde Tinct. Absinth. comp.  
Unc. unam et semis.

† SOLUTIO ARSENICALIS BRERÆ.

Rec. Arsenici albi, Sal. Tartari  $\frac{1}{2}$  Drachm.  
semis, Aq. dest. Unc. sex, Aq. Cinnamomi  
simpl. Unc. dnas.

## SOLUTIO ARSENICALIS FOWL. — SOLUTIO HYDRARG. 731

† SOLUTIO ARSENICALIS FOWLERI vid.  
Liquor arsenicalis FOWLERI (p. 520), et PEARSONI eadem pagina.

### † SOLUTIO ARSENICALIS HARLESS.

Rec. Natri carbon. dep., Arsenici albi  $\frac{aa}{2}$   
Drachm. semis, coque cum Aq. dest. Unc. sex,  
solutioni adde Aq. Cinnamomi simpl. q. s. ut  
pondus Unc. octo expleatur.

† SOLUTIO ARSENITIS KALICI = Li-  
quor arsenicalis FOWLERI.

### SOLUTIO ATROPHICA MAGENDIE.

Atro-  
phische Solution. *Solution atrophique.*  
Rec. Aq. Lactuc. Unc. octo, Aq. Menth.  
Drachm. duas, Kali hydroiodinici Unc. semis,  
Syr. Alth. Unc. unam. Alia formula: Aq.  
Lactuc. Unc. octo, Aq. Naphae Drachm. duas,  
Kali hydroiodinici Unc. semis, Tinct. Digital.  
spirit. Drachm. unam vel duas, Syr. Alth.  
Unc. unam et semis.

### SOLUTIO BALSAMICA ALCALISATA SWEDIAUR.

Rec. Natri carbon. dep., Sacchari alb.,  
Myrrh.  $\frac{aa}{2}$  Unc. unam et semis, Balsami Peruv.  
Unc. semis, — Canad. Drachm. decem, Aq.  
comm. Libr. unam et semis.

SOLUTIO BARYTAE MURIATICAES. Salz-  
säure Barytlösung. *Solution de Muriate de  
Baryte.*

Ph. Edinb.: Rec. Terrae ponderosae sali-  
tae part. unam, Aq. dest. Unc. tres, solve, fil-  
tra. Ph. Parm.: Aq. part. sex. Plurimum  
pro reagente in usum sumitur; dilutio fiat ad  
arbitrium.

### SOLUTIO BELLADONNAE ELLIS.

Rec. Extr. Belladonnae Scrup. unum, Aquae  
Unc. tres.

### SOLUTIO CALCARIAE CHLOROSAE AN- GELOT.

Rec. Calcariae chloros. Gran. sedecim ad vi-  
giunti, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam, Syr.  
Flor. Naph. Unc. semis (Cf. Liquor Calcariae  
chlorosae p. 521).

### SOLUTIO CALCARIAE CHLOROSAE CUM ALCOHOLE MAGENDIE.

Rec. Calcar. chloros. Drachm. tres, Aq. dest.,  
Spir. Vini rectiss.  $\frac{aa}{2}$  Unc. duas.

SOLUTIO CAMPHORAE AETHEREA vid.  
Naphtha Vitrioli camphorata (p. 581).

SOLUTIO CAMPHORAE AQUOSA vide  
Aqua Camphorae (p. 51) et Julapium e Cam-  
phora (p. 466).

SOLUTIO CAMPHORAE OLEOSA vide  
Oleum camphoratum (p. 593).

SOLUTIO CATHAERETICA vid. Collyrium  
LANFRANCI (p. 190).

### SOLUTIO CITRATIS KALICI, Mixtura salina.

Rec. Sal. Tartari Drachm. tres, Succi Citri  
Libr. semis, vel q. s. ad saturationem, Aq.  
comm. q. s. ut pondus Libr. unius expleatur,  
Syr. Sacch. Unc. unam. Si Sal Tartari ultí-  
mum ceteris additur, obtinetur Solutio citratis  
Kalici carbonica

### SOLUTIO COHENII.

Rec. Lixivii caust. vegetab. Gutt. decem ad  
vigiinti, Decoct. Junip. Libr. unam.

### SOLUTIO CREMORIS TARTARI vid. De- coctum Tartari (p. 249).

### SOLUTIO CORALLIORUM Ph. Wirt.

Rec. Corall. rubr. pulv., solve in aceto de-  
stillato, filtra, liquorem evaporatione consume.

### SOLUTIO CUPRI AMMONIACALIS vid. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82).

### SOLUTIO CUPRO-ARSENIATA vid. Colly- rium LANFRANCI (p. 190).

### SOLUTIO ELATERII vid. Mixtura hydra- goga (p. 563).

### SOLUTIO EPISPASTICA PIERQUIN.

Rec. Tart. emet. Scrup. unum, Aq. comm.  
Unc. sedecim.

### SOLUTIO FERRI ALUMINOSA vid. Liquor stypticus WEBERI (p. 528).

### SOLUTIO FOWLERI = Liquor arsenicalis FOWLERI.

### SOLUTIO FULIGINIS ALCALINA, Tinc- tura Fuliginis.

Rec. Fuliginis splendid. Unc. duas, Ciner.  
clavell. depur. Libr. semis, Sal. Ammon. Unc.  
unam, Aq. comm. Libr. tres.

### SOLUTIO FULIGINIS FOETIDA Ph. Suec.

Rec. Asac foetidae Drachm. sex, solve in So-  
lutionis Fuliginis Unc. sex, cola per linteum.

### SOLUTIO GELATINOSA SWEDIAUR.

Rec. Ichthyocollae Unc. unam et semis, Aq.  
servid. Libr. tres, coque ad Libr. duarum re-  
manent., colat. adde Aq. Cinnam. Unc. duas,  
Sacch. alb. Unc. unam.

### SOLUTIO GUMMI GUTTAE ALCALINA vid. Elixir Cambogiae alcalinum (p. 292).

### † SOLUTIO HEINECKII.

Rec. Arseniatis Soda Gran. sex, Aq. Menth.  
pip. Unc. duas, Aq. Cinnamom. Unc. unam et  
semis, Tinct. Opii Drachm. unam.

### SOLUTIO HEPATIS SULPHURIS Ph. paup. Hamb.

Rec. Hepat. Sulph. salini Unc. semis, Aq.  
dest. Unc. tres, filtra.

### SOLUTIO HYDRARGYRI vid. Solutio mer- curialis.

**SOLUTIO HYDRATIS KALICI =**  
Lixivium causticum vegetabile.**SOLUTIO HYPNOTICA SWEDIAUR.**

Rec. Extr. Opii Drachm. unam, Aq. dest.  
Unc. semis, Spir. Vini rect. Drachm. semis.

**SOLUTIO IODATA RUBEFACIENS LUGOL.**

Rec. Iodi Unc. semis, Kalii iodati Unc. unam,  
Aq. dest. Unc. sex.

**SOLUTIO KALII IODATI MAGENDIE.**

Rec. Kalii iodati Drachm. semis, Aq. dest.  
Unc. unam.

**SOLUTIO LITHONTRIPTICA AUGUSTIN.**

Rec. Salis Tartari Drachm. tres, Aq. comm.  
Libr. duas.

**SOLUTIO LITHONTRIPTICA DELLA LENA.**

Rec. Terr. foliatae Tartari Unc. duas et se-  
mis, Sal. Tartari Unc. unam, Aq. dest. Unc.  
quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. duas, solve,  
filtra.

**SOLUTIO MALATIS FERRI vid. Tinctura  
Martis pomata.****† SOLUTIO MARRYATI.**

Rec. Mercur. sublim. corros., Acidi Salis  $\frac{1}{2}$   
Gran. decem, Spir. Lavend. comp. Unc. unam.

**SOLUTIO MERCURIALIS Ph. paup. Hamb.**

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. tria,  
Aq. dest. Unc. unam, Sal. Ammon. Scrup.  
unum, Mixt. demulcent. Unc. decem et semis.

**SOLUTIO MERCURII BIODATI MAGEND.**

Rec. Mercurii iodati rubri Scrup. unum,  
Spir. Vini rectss. Unc. unam.

**† SOLUTIO MERCURII GUMMOSSI MARCUS.**

Rec. Mercur. vivi Drachm. unam, Gummi  
Arab. Drachm. tres, extingue cum Syr. Alth.  
Unc. semis, adde Aq. Cerasor. Unc. quatuor,  
Syr. Alth. Unc. semis.

**SOLUTIO MINERALIS FOWLERI vid. Li-  
quor arsenicalis FOWLERI.****† SOLUTIO MORPHII CITRICI MAGEND.**

Rec. Morph. puri Gran. sedecim, Acid. citric.  
cryst. Gran. octo, Aq. dest. Unc. unam, Tinct.  
Coccionell. Drachm. duas.

**SOLUTIO MUCILAGINOSA SWEDIAUR.**

Rec. Mucilag. Gummi Tragacanth. Unc. duas  
ad tres, Aq. serv. Libr. unam. Syr. Alth. Unc.  
unam.

**SOLUTIO MURIATIS CALCIS HYDRAR-  
GYRATA vid. Aqua phagedaenica (p. 84).****SOLUTIO MURIATIS FERRICI AETHE-  
REA Ph. Suec.**

Rec. Ferri muriat. oxydat., Aquae dest.  $\frac{1}{2}$   
part. unam, Naphthae Vitrioli totius voluminis  
triplosum, agna et Naphtham tintetam colore lu-  
teo defunde.

**SOLUTIO MURIATIS FERRICI SPIRITUO-  
SA, Tinctura Martis Ph. Suec.**

Rec. Ferri muriatic. oxydati part. unam,  
Spir. Vini rectss. part. sex.

**SOLUTIO MURIATIS FERRICI SPIRITUO-  
SO - AETHEREA vid. Tinctura nervino-tonica  
BESTUSCREFFI.****SOLUTIO MYRRHAE AQUOSA Ph. paup.  
Hamb.**

Rec. Myrrh. Unc. quatuor, Aq. dest. Unc.  
sedecim, digere, cola.

**SOLUTIO PROPHYLACTICA CONTRA  
SCARLATINAM HAHNEMANNI.**

Rec. Extr. Belladonn. Gran. duo, Aq. dest.  
vel Cinnamomi Unc. duas.

**SOLUTIO RESINAЕ GUAJACI AQUOSA  
vid. Emulsio Guajaci (p. 355).****SOLUTIO RESOLVENS NIEMANNI.**

Rec. Sal. Ammon. Drachm. duas, Aq. Sam-  
buci Unc. sex, Spir. Lavend., — Rorismar.  $\frac{1}{2}$   
Unc. unam et semis, Aceti Vini Unc. tres.

**SOLUTIO RESOLVENS VOGLERI.**

Rec. Sal. Ammon. Drachm. quatuor ad sex,  
Aq. comm. Unc. viginti, Spir. Vini Unc. duas.

**SOLUTIO ROOB JUNIPERI VAN SWIETEN.**

Rec. Roob Juniperi Unc. quatuor, Aq. Junip.  
Libr. duas, Tinct. Junip. Unc. duas, Spir. Nitri  
dulc. Unc. semis.

**SOLUTIO SALINA GELATINOSA CADET.**

Rec. Aq. comm. Unc. sedecim, Sal. Sodaet,  
Collae Flamm.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Sal. mirab.  
Glauber., — commun.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Petrolei  
Cutte viginti.

**SOLUTIO SAPONIS vid. Spiritus saponatus.****SOLUTIO SAPONIS AETHEREA vid. Sapo  
Aetheris acetici.****SOLUTIO SAVIARDI.**

Rec. Alcali caustici vegetabil. siccii Drachm.  
duas, Camphor. Scrup. duos, Sacch. alb. Unc.  
duas, Aq. comm. Libr. duas.

**SOLUTIO SEDANS TROUSSEAU.**

Rec. Kalii cyanati Gran. octo ad decem, Aq.  
dest., Spir. Vini rectss., Naphth. Vitrioli  $\frac{1}{2}$   
Unc. unam.

**SOLUTIO AD STRUMAM PIERQUIN.**

Rec. Ferri iodati Drachm. quatuor et Gran.  
quadraginta, Aq. dest. Unc. quatuor.

**SOLUTIO SULPHATIS ZINCI vid. Aqua vi-  
triolica p. 96).****SOLUTIO SWIETENI vid. Aqua Swieteni  
(p. 91).****SOLUTIO TASCHERI.**

Rec. Sal. volatil. siccii Drachm. unam, Gummi  
Arab. Drachm. duas, Sacchar. alb. Drachm.  
unam, Aq. comm. Unc. quatuor.

SOLUTIO TARTARI DEPURATI vid. De-  
coctum Tartari (p. 249).

† SOLUTIO VERATRINI MAGENDIE.

Rec. Veratrini sulphur. Gran. unum, Aq.  
dest. Unc. duas.

**SPARADRAP,** Sparadrap, *Sparadrap*  
dicuntur fasciae telae linteae vel sericeae  
vel gossypinae vel chartaceae altero latere  
strato empastico medicamentoso obductae.  
Praeparantur ope supellectilis simplicis ad  
hunc usum aptae. Ligna duo, serie cus-  
pidum acutarum munita, in jugamento  
ligneo mobilia, ita configuntur, ut tela in  
cuspidibus inhaerens, adstriete expansa te-  
neatur. Cultrum longum et anteā calefac-  
tum in extremo telae transverse imponitur  
et massa empistica liquefacta prope hoc  
in telam effunditur, tum uno ductu conti-  
nente et audaci ope cultri in linteо expan-  
ditur. Extrema, in quibus emplastrum per  
linteum penetraverit, et margines torulo  
emplastri obsitae, forficæ desecantur, Spa-  
radrap post refrigerationem in cylindrum  
convolvitur.

**SPARADRAP ALBUM.** *Weißer  
Sparadrap.*

**VAN MONS:** Rec. Terebinth. coct. part.  
unam, Sevi part. duas, Cerae alb. part.  
sex, Cerussae contritae part. unam. Fas-  
ciae linteae in hanc massam liquefactam  
immergantur et expansa deguttentur.  
Dicta TELA GUALTHERI Ph. Wirt.:  
Empl. Diapalm., — Diachyl. simpl.  $\frac{1}{2}$  Libr.  
unam, — Ceruss. Libr. semis, Pulv.  
Rad. Iridis Flor. Unc. unam et semis,  
massam liquatam in fasciis linteis tenueri  
expande quomodo voce generali Spa-  
radrap expositum est.

SPARADRAP AROMATICUM. *Gewürzhaf-  
tes Sparadrap, Sparadrap aromatique.*

Rec. Cerae alb. Libr. octo, Ol. Nucist. Libr.  
unam, Ol. Citri, — Lavend., — Neroli, —  
Thymi  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Essentiae regalis  
Drachm. duas, f. Sparadrap.

**SPARADRAP CEREUM.** *Wädy-  
sparadrap. Toile de mai.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cerae alb. Unc.  
octo, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatur, Ter-  
ebinth. Ven. Unc. unam, in massam li-  
quatam fasciae linteae immergantur et in-  
ter ligna duo recta compressa perducan-  
tur, ut massae empasticæ, quidquid ex-  
cedat, abradatur.

SPARADRAP CETACEI VAN MONS.

Rec. Cetacei, Terebinth. clarae, — coctae  
 $\frac{1}{2}$  part. unam, Cerae alb. part. tres, liqua et  
supra chartam glutine preparata extende.

**SPARADRAP COMMUNE.** *Ge-  
meiner Sparadrap. Sparadrap commun.*

Ph. Gall. 1818: Rec. Terebinth. part.

unam, Ol. Olivar. part. quatuor, Cerae  
flav. part. octo, in fascias linteas extende  
ad modum voce generali Sparadrap exposi-  
tum. **VAN MONS:** Terebinth. part. unam,  
Sevi part. unam et semis, Cerae alb. part.  
quatuor. Ph. Gall. 1837: Emplastrum  
Diachylon simplex (tempore hiberno ad-  
jecto pauxillo Terebinthinae) in telam lin-  
team lege artis extendi vult.

**SPARADRAP AD CORPUS CONDITUM  
INVOLVENDUM SPIELMANN.**

Rec. Cerae alb. Libr. decem et Unc. octo,  
liquatae et semirefrigeratae adde Ol. Nucist.  
Unc. octo, — Citri, — Neroli, — Lavend.,  
— Thymi  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, Ambr. gris. Gran.  
quindecim, Moschi Gran. octo, Zibethi Gran.  
quatuor, in linteо extende.

**SPARADRAP DIACHYLI** vid. Sparadrap  
commune.

**SPARADRAP DIACHYLON CUM GUMMI.**

Rec. Empl. Diachylon comp. Libr. unam,  
Terebinth. Unc. duas, extende in linteо.

**SPARADRAP DIAPALMAE.**

Rec. Empl. Diapalm. Libr. unam, Ol. Oliv.,  
Cerae flav.  $\frac{1}{2}$  Unc unam, Terebinth. Unc. duas.

**SPARADRAP EXSICCANS VAN MONS.**

Rec. Ol. Olivar. part. unam, Medull. bov.  
part. unam et semis, Cerae flav. part. duas,  
Sevi part. tres, liquatis simul adde Pulv. Lap.  
Calamin. part. unam, — Ceruss. part. unam et  
semis. **CADET:** Ol. Olivar. Unc. sex, Cerae  
Unc. quatuor, Cerussae, Lap. calamin.  $\frac{1}{2}$  Unc.  
unam et semis.

**SPARADRAP DE EMPLASTRIS Ph. Gall.  
1818.**

Rec. Empl. Diachyl. simpl., — — comp.,  
 $\frac{1}{2}$  part. quindecim, Cerae flav., Terebinth.  $\frac{1}{2}$   
part. quinque.

**SPARADRAP EPULOTICUM.**

Rec. Empl. epulot. Libr. duas, Cerae alb.  
Libr. semis, extende in linteо.

**SPARADRAP PRO FONTICULIS** dicitur  
hinc inde Sparadrap commune, vel de em-  
plastris.

**SPARADRAP GOULARDI s. PELLIS GOU-  
LARDI.**

Rec. Ol. Olivar. Unc. quatuordecim, Cerae  
flav. Libr. duas, Extr. Saturni Unc. unam,  
Camphor. Drachm. semis, linteum in massam  
liquatam immerge.

**SPARADRAP ORDINARIUM** vid. Sparadrap  
commune.

**SPARADRAP PALLIDUM** = Sparadrap  
epuloticum.

**SPARADRAP RESINOSUM VAN MONS.**

Rec. Resinae Pini, Terebinth.  $\frac{1}{2}$  part. unam,  
Cerae alb. part. quatuor, extende in linteо.

## 734 SPARADRAP RESOLVENTS — SPECIES ANTIEPILEPTICAE

### SPARADRAP RESOLVENTS PIERQUIN.

Rec. Cerae flav. Unc. octo, Ol. Olivari. Unc. sedecim, Camphor., Sal. Ammon.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Sacch. Saturni Unc. unam, fascias linneas in mixturam liquatam immerge.

### SPARADRAP RUBRUM. Rother Sparadrap. Sparadrap rouge.

Rec. Cinnabar. part. unam, Terebinth. part. sex, Cerae albae part. duodecim, linteum in massam immerge. Ph. Palat.: Cerae flav. Unc. sex, Sevi Unc. duas, Terebinth., Ol. Lilio. alb.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam et semis, Minii Unc. quatuor.

### SPARADRAP VESICANS VAN MONS.

Rec. Cerati Cantharidum (ejusdem), Resinae Pini  $\frac{aa}{aa}$  part. aequales.

### SPARADRAP DE VIGO.

Rec. Emplastri de Vigo Libr. unam, Terebinth. Venet. Drachm. sex, Elemi Drachm. unam.

### SPARADRAP VIRIDE VAN MONS.

Rec. Cerse alb. Libr. unam, Terebinth. coct. Unc. sex, Aeruginis Drachm. sex.

**SPECIES**, *Species*, *Espèces* dicuntur miscelae partium plantarum concisarum, sicut Radicum, Corticum, Herbarum, Florum et in partes aequales divisae. Inserunt species pro parando potu ope decoctionis et infusionis, pro parando enemate, cataplasmate, fomentatione. Non miscentur partes texturae et molis nimis diversae, sicut Radices et Flores, quorum singuli partes medicatas diverse aquae cedunt. Plantae, earumque partes singulæ prævie concidunt vel contundantur, et eribri ope partes grossiores atque pulverulentæ secernantur.

**SPECIES ACIDI OXYMURIATICI** vid. Fumigatio oxymuriatica (p. 441).

**SPECIES ACIDI NITRICI** vid. Fumigatio SMITHIANA. (p. 442).

### SPECIES ADSTRINGENTES. Adstringende Species. Espèces adstringentes.

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. sicc. Bistortae, — Tormentill., Cort. Granator.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam. Ph. Palat.: Hb. Millefolii Unc. novem, Hb. Tormentill. cum Radice, — Pimpinell. alb., — Plantag., — Virgaurea, Flor. Rosar. rubr.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam et semis. PIDERIT: Rad. Bistort., Hb. Agrimon., — Pervincæ, Flor. Malv. arbor., — Balaustior  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas.

### SPECIES ALEXICACAE Disp. Prag. vet.

Rec. Rad. Buglossae, — Acetosae, — Tormentill., — Scorzonerae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. tres, Fol. Endiviae, — Cichori, — Acetosae, — Pimpinell.  $\frac{aa}{aa}$  Manip. tres, Tamarindor. Unc. quatuor, Rasur. Cornu Cervi Unc. unam et semis, Flor. Boragin. Manip. duos, Sem. Nap. Drachm. decem, m.

### SPECIES ALEXIPHARMACAE Disp. Vienn. vet.

Rec. Rad. Levistic., — Vincetoxicii  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam, Hb. Galegae, — Scordii  $\frac{aa}{aa}$  Libr. semis. Cort. Citri Unc. una et semis, m.

### SPECIES DE ALTHAEA Disp. Vienn. vet.

Rec. Rad. Althaeæ Unc. octo, — Graminis, — Asparagi, — Liquirit, Uvarum passarium arund., Hb. Alth.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, — Scopolendrii veri, — Malvae, — Parietar., — Pimpinell., — Plantaginis, — Adianthi albi, — nigri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Cicer. rubror. Unc. quatuor, Semin. quatuor frigid. major. Unc. tres, m.

### SPECIES AMARAE. Bittere Species.

*Espèces amères.*

Pb. Hass. 1827: Rec. Hb. Centaur. minor., — Menth. pip., — Trifol. fibrin., Summitat. Millefol., Sem. Foenic.  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq. Ph. Gall. 1837: Hb. Chamaedr., — Centaur. min., — Absinth.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam. Pb. Parm.: Hb. Absinth., — Chamaepith., — Scordii  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq. Ph. Palat.: Hb. Absinth. pugill. tres, — Cardui bened., — Scolop., — Centaur. min.  $\frac{aa}{aa}$  pugill. unum, Rad. Enulae Unc. semis, — Iridis Flor. Unc. unam, Calami arom. Unc. semis, Cort. Aurant. Drachm. sex. Ph. Herbi p.: Hb. Absinth., — Card. bened.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Rad. Columb., Rasur. Ligni Guajaci, Cort. Aurant.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Cinnamomi Drachm. duas.

### SPECIES AMARAE HORNII.

Rec. Fol. Aurant., Hb. Trifol. fibr., Lign. Quass.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam ad duas, Sem. Carvi Scrup. unum, Fol. Senn. Drachm. semis.

### SPECIES ANODYNAE.

Ph. Palat.: Rec. Rad. Capparid. Unc. duas, Sem. Lini Unc. unam, Hb. Hyoscyami, — Linariae, — Millefol., — Verbasco  $\frac{aa}{aa}$  Manip. duos. SWEDIAUR: Capit. Papav. Drachm. duas, Hb. Menth. pip., Flor. Chamom.  $\frac{aa}{aa}$  manip. semis.

### SPECIES ANODYNAE TRILLERI.

Rec. Hb. Meliss., — Menth., — Millefol., — Salviae  $\frac{aa}{aa}$  manip. unum, Flor. Chamom. vulg., — Roman.  $\frac{aa}{aa}$  pugill. duos, Flor. Verbasco, — Papav. Rhoeas., — Sambuci, — Tiiae  $\frac{aa}{aa}$  pugill. unum, Sem. Cardamom., — Carvi, — Cumini, — Anisi, — Foenic.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, m.

### SPECIES ANTARTHРИTICAE MARCUS.

Rec. Stipit. et Fol. Rhododendri Chrysanthi, Hb. Chamaedr., — Chamaepith., Capit. Papav., Lign. Gujac.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, m.

### SPECIES ANTIEPILEPTICAE VOGT.

Rec. Rad. Valer., Visci querni, Fol. Aurant. virid.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Sem. Foenic. Drachm. unam, dentur in sextuplo.

SPECIES ANTHELMINTHICAE. Burmeſſeſ species. *Eſpèces antihelminthiques.*

Ph. Palat.: Rec. Hb. Absinth. vulg., — Santolinae, — Tanaceti, — Sabinæ <sup>aa</sup> pugill. unum, Pulp. Colocynth., Aloës <sup>aa</sup> Drachm. unam, Rad. Aristoloch. rot. Unc. unam. HENRY-GUIBOURT: Summit. Absinth., — Tanacet. Flor. Chamomill., Sem. Cinae <sup>aa</sup> part. aeq. CADET: Summitat. Absinth. marit. part. tres, — Tanaceti, Flor. Chamomill., Hb. Gratiol. <sup>aa</sup> part. unam. Ph. Gall. 1837: Summitat. Tanaceti, — Absinth., Flor. Chamomill. <sup>aa</sup> part. aeq.

SPECIES ANTHAEMORRODALES vid. Fomentatio antihaemorrhoidalis.

SPECIES ANTHYDROPICAE MARCUS.

Rec. Fol. Persicar., Rad. Junci silv. <sup>aa</sup> Unc. semis, Hb. Petroselin., — Hyssopi off., Fol. Lauri, Cinnamomi, Cort. aurant., Sem. Anisi <sup>aa</sup> Drachm. unam.

SPECIES ANTINEPHRITICAE vid. Species decocti nephro-cathartici.

SPECIES ANTIPHTHISICAE BOERHAVE.

Rec. Rad. Caryophyll. Unc. duas, — Liquirit. Unc. unam et semis, Hb. Veronicea, — Hederae terrestre. <sup>aa</sup> manip. unum, Flor. Hyperici Pugill. tres, Hb. Centaurii min. Pugill. duos, Sem. Foenic. Drachm. tres.

SPECIES ANTIPHTHISICAE TRILLERI.

Rec. Hb. Tussilagin., — Pulmonar., — Veronic., — Hederae terrestre, — Ruta murar., — Hyssopi <sup>aa</sup> Manip. unum, Rad. Althaeæ, — Liquirit. <sup>aa</sup> Unc. unam, — Caryophyll. Unc. semis, — Iridis Flor. Drachm. duas, Sem. Anisistell., — Foeniculi <sup>aa</sup> Drachm. unam.

SPECIES ANTISCORBUTICAE.

Rec. Hb. Cochlear., — Nasturtii aquat., — Beccabungæ, — Marrubii albi, — Fumar., — Trifoli <sup>aa</sup> Unc. semis, Rad. Armoraciae Unc. sex, — Polypodi, — Sarsaparill. <sup>aa</sup> Unc. tres, Sem. Anisi Drachm. sex.

SPECIES ANTISPASMODICAE HUFELAND.

Rec. Rad. Valer., — Caryoph., Hb. Menth. pip., Fol. Aurant. <sup>aa</sup> part. aeq. PIDERIT: Rad. Valerian. Unc. tres, Fol. Aurant. Unc. duas, Hb. Millefolii Unc. unam.

SPECIES APERIENTES, Radices quinque aperientes.

Rec. Rad. Levisticci, — Foeniculi, — Asparagi, — Petroselin., — Rusci <sup>aa</sup> part. aeq. RICHARD: Rad. Petroselin., — Apii, — Foeniculi, — Asparagi, — Fragar., — Rusci <sup>aa</sup> part. aeq.

SPECIES APERITIVAE HYDRAGOGÆ Disp. Brand.

Rec. Hb. Marrubii albi, — Absinth., — Centaurii min., — Agrimon. <sup>aa</sup> Manip. unum, Flor. Genist. Manip. semis, Fol. Senn. Unc. unam, Cort. Aurant. Drachm. sex, Sem. Le-

vistic., — Apii, Rad. Helenii, — Pimpinell. alb., — Caryophyll. <sup>aa</sup> Drachm. duas, — Asari, — Vincetoxic., — Hellebori nigri, Salis Genistæ <sup>aa</sup> Unc. semis.

SPECIES APERITIVAE MAJORES Ph. Palat.

Rec. Hb. Endiviae, — Cichorii, — Fumar. <sup>aa</sup> Manip. unum, — Eupatorii, — Boraginis, — Buglossæ, — Cuscutæ, — Scopolendrii <sup>aa</sup> Manip. semis, Rad. Liquir., — Apii, — Foeniculi, — Petroselin., Uvarum passarum <sup>aa</sup> Unc. semis, Sem. Anisi, — Foeniculi, Hb. Thymi, — Epithymi, — Cort. Tamarisci, — Capparis <sup>aa</sup> Drachm. duas, Fol. Senn. Unc. duas, Poly-podii Unc. unam, Agarici Unc. semis.

SPECIES APERITIVAE MINORES Ph. Palat.

Rec. Hb. Agrimoniea, — Betonicae, — Ceratachi., — Cichorii, — Cuscutæ, — Fumarie <sup>aa</sup> Unc. unam, — Rad. Apii, — Foenic., — Graminis, — Liquiritiae, — Petroselin., Polypodi, — Asari <sup>aa</sup> Unc. semis., Fol. Senn. Unc. tres, Prunor. Damasc., Passular. minor. <sup>aa</sup> Unc. sex, Sem. Anisi, — Foeniculi, Quatuor Flor. cordialium <sup>aa</sup> Unc. unam.

SPECIES APERITIVAE CUM RHEO Ph. Palat.

Rec. Specier. aperitiv. majorum, — — minorum <sup>aa</sup> Unc. tres, Rad. Rhei, Cinnamomi <sup>aa</sup> Unc. semis, Nardi Scrup. duos.

SPECIES CONTRA APOPLEXIAM Ph. Wirt., Palat.

Rec. Succini praep., Cornu Cervi sine igne præparati, Ligni Aloës, Radicis Paeoniae <sup>aa</sup> Unc. semis, Cort. Citri Drachm. unam, Sacch. perlati Unc. tres, Olei Cinnamomi Gutt. sedecim. Redigantur in pulverem, in vitro asse-vandum. Complextus efficitur si Ambrae Scrupulus semis, Muschi Grana quinque addantur.

SPECIES AROMATICAES.

Aromatische Kräuterspecies. *Eſpèces aromatiques.*

Rec. Herbae Majoranae,

- Rorismarini,
- Serpylli,
- Thymi,

Florum Lavandulae <sup>aa</sup> Un-  
cias duas,

Caryophyllorum Unciam  
unam,

singula bene concisa et com-  
minuta misce. — Vis: aroma-  
tica, excitans, nervina. Usus:  
cum vino digestæ sugillationi-  
bus ac partibus contusis im-  
ponuntur.

## 736 SPECIES AROM. CARYOPH. — SPEC. CARMIN. ET STOM.

Formula haec Ph. Boruss. ed. 5. — In loco Herbae Thymi habet Ph. Slesv.-Hols. Herbam Menthae piperitae, praeter hoc Ph. Bor. ed. 3, Hass. 1827, Hamb. 1835, Hann. 1833, Polon., Sard. addunt Cubebarum Unciam unam. Ph. Bavar.: Summitat. Absinthii, Flor. Chamomill., Hb. Meliss., — Menth. pip., — Serpylli, — Salviae  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam. Ph. Saxon. 1837: Hb. Majoran. Unc. duas, — Menth. pip., — Rorismar., — Serpyll., Flor. Lavendul.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam. Ph. Gall. 1837: Hb. Salviae, — Thymi, — Serpylli, — Hyssopi, — Menthae aquat., — Origani, — Absinthii  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam. Ph. Ruth. castr.: Hb. Absinth., — Menth. crisp., — Origani, — Serpylli, — Flor. Chamomill.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam. Disp. Fuld. vid. Spec. cephaliceae pro cucuphis. HUFELAND Ph. paup.: Flor. Lavand., — Chamomill. vulg., Hb. Menth. pip., — Meliss., — Thymi, — Majoran.  $\overline{\text{aa}}$  par pond. SPIELMANN: Hb. Rorismar., — Rutae, — Salviae, — Hyssopi, — Lavendul., — Absinth., — Origani, — Thymi, Fol. Lauri, Flor. Rosar. rubr., — Chamomill., — Meliloti, — Sambuci, — Anemon.  $\overline{\text{aa}}$  part. aeq. SWEDIAUR: Flor. Lavend., — Arnicae, Hb. Majoran., — Serpylli, — Rorismar.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam.

### SPECIES AROMATICAES CARYOPHYLLAE Ph. Wirt., Brand. et ceteris.

Rec. Rad. Liquirit. Drachm. duas, — Zedoariae, — Calangae, Ligni Aloës, — Santali citrini, Cinnamomi, Macidis, Piperis longi, Cardamomi  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. unam, Cubebar. Scrup. duos, Flor. Rosar. Unc. semis, Caryophyllor. arom.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam. Fiat pulvis. COMPLETE redduntur, si unciae harum specierum adduntur Ambrae griseae Gran. octo, Moschi Gran. semis.

### SPECIES AROMATICAES ROSATAE Ph. Wirt. et Codicum veterum.

Rec. Rad. Liquirit. Drachm. septem, — Calangae Drachm. unam, Ligni Aloës, — Santali citrini  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. duas, Cinnamomi acuti Drachm. sex, Caryophyll. aromat., Macid.  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. duas et semis, Nucis Moschat., Cardamomi minor.  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. unam, Flor. Rosar. Unc. duas, fiat pulvis. COMPLETAE redduntur, si uncias duabus adduntur Ambrae griseae Gran. octo, Moschi Gran. tria.

### SPECIES AD ATRAMENTUM s. atramentariae. Tinten-species.

Rec. Gallarum Libr. tres et semis, Vitrioli Martis Unc. viginti, Gummi Arab. Unc. sedecim; vel: Gallarum Libr. tres, Ligni Campech., Fructuum Granator.  $\overline{\text{aa}}$  Libr. unam, Gummi Arab. Libr. duas et semis, Vitrioli Martis Libr. duas; sufficient pro Aceti Libr. octo, Aquae Libris sexaginta.

### SPECIES AVENACEAE vid. Species pro Decocto Avenae.

### SPECIES AD BALNEUM VOGT.

Rec. Flor. Chamom. vulg., Summit. Mille-

fol.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. tres, Nuc. moschat., Hb. Chenopod.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam, m.

### SPECIES AD BALNEUM ANTIFEBRILE STIEBEL.

Rec. Cort. Peruv. fusi Unc. tres ad sex; ruderiter pulver. detur in triplo.

### SPECIES AD BALNEUM AROMATICUM VOGT.

Rec. Hb. Menth. pip. Unc. unam et semis, Caryophyll. arom. Unc. semis, Hb. Serpyll., Flor. Lavend.  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam. C. c., m. f. Spec.

### SPECIES AD BALNEUM LENIENS VOGT.

Rec. Furf. tritic. Libr. unam et semis, Sapon. domest. Unc. duas. C. c.; m. f. Spec. dent. doses tales N° sex.

### SPECIES AD BALNEUM MARTIALE DOEBEREINER.

Rec. Aq. fluv. Libr. quadringtonitas ad quingentas, adde Ferri sulphurici rec. cryst. in Aq. ferv. q. s. soluti Gran. quingenta et sedecim, Acidi sulphur. conc. Gran. trecenta et octoginta; hene agitatis adde Kali carb. dep. in Aq. ferv. s. q. soluti Gran. octingenta et quadraginta.

### SPECIES BECHICAE PRO THEA Disp. Vienn. vet.

Rec. Hb. Betonicae, — Salviae  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam et semis, — Veronicae, — Scolopendrii, — Hederae terrestr., — Farfarae, — Scabiosae,  $\overline{\text{aa}}$  Unc. tres, m.

### SPECIES BECHICAE HOFFMANNI.

Rec. Hb. Veronicæ, — Cherefolii, — Salviae  $\overline{\text{aa}}$  Manip. duos, Rad. Liquirit. Unc. unam, Sem. Foeniculi Drachm. tres. (Ceteras formulæ vide voce Species pectorales.)

### SPECIES AD BLENNORRHOEAM ATONICAM PULMONUM VOGT.

Rec. Lichen. Island. Unc. semis, Cort. Peruv. Drachm. duas, Rad. Seneg., — Lig.  $\overline{\text{aa}}$  Drachm. unam, Sem. Anisi stell. Drachm. semis. Conc. et cont. M. f. Spec. pro dosi una et disp. doses ejusmodi N° sex.

**SPECIES PRO BRODIO AVENAE vid. Species pro Decocto Avenae.**

### SPECIES DE BRYONIA Ph. Herbip.

Rec. Rad. Bryon. Unc. tres. Hb. Conii Unc. duas, Flor. Sambuci Unc. unam, Gummi Ammoniac. Unc. semis, Sal. Ammon. Drachm. duas.

**SPECIES CARMINATIVAE vid. Species pro Decocto carminativa.**

### SPECIES CARMINATIVAE ET STOMACHICAE WEICKARD.

Rec. Rad. Zingib., — Calami, — Galangae Unc. semis, Cinnamomi Drachm. duas, Cardamomi, Rad. Zedoariae, Caryophyll., Nuc. moschat., Macid.  $\overline{\text{aa}}$  Scrup. quatuor, Cubebar. Drachm. semis, Cort. Aurant. Scrup. duos, Confect. Sem. Anisi, — Garvi, — Foeniculi  $\overline{\text{aa}}$  Unc. unam et semis, m.

## SPECIES CARMINATIVAE ZWELFERI.

Rec. Rad. Pimpinell., — Eulæ, — Zedoariae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, — Galangae, Cort. Aurant., — Citri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, Flor. Chamom. Roman., Cinnamomi, Caryophyll., Macid., Croci  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Nuc. moschat., Cardamomi min., Sem. Anisi, — Apii, — Carvi, — Foeniculi, — Cumini  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, m.

SPECIES AD CATALPLASMA vid. Species emollientes ad Cataplasm.

## SPECIES CATHARTICAE ET SUDORIFICAES.

Rec. Tartari emet. Gran. unum, Opii Gran. duo, Ligni Sassafras, Rad. Liquirit.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Hb. Menth. crisp., Flor. Sambuci  $\frac{aa}{aa}$  Manipulum semis.

## SPECIES CEPHALICAE PRO CUCUPHIS Ph. Wirt., Brunsv.

Rec. Rad. Cyperi rotundi, — Iridis Flor.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Flor. Lavend., — Rosmarini, — Rosarum  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Ligni Rhodii, — Santali citr., — Aloës  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Caryophyllor., Cinnamomi, Nucis moschatae, Succini citrini, Styracis  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, misce. Incisa et contusa grossu modo serventur, quibus pro lubitu addi potest una aut altera gutta Olei Ligni Rhodii, — Lavendulae, — Majoranae.

Formula Ph. Palat. mox relatae persimilis, sicut et SPIELMANNI. Disp. Lipp.: Hb. Menth. crisp., — Majoranae, — Origan., — Serpylli, Flor. Chamomill., — Lavendul., Bacc. Junip., — Lauri, Sem. Carvi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam et semis. FULLERI Ph. extemp.: Rad. Paeoniae Drachm. duas, — Angelicae Drachm. unam, — Iridis Flor., Flor. Lavend.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. semis, — Stoechad. Arab. Drachm. unam, — Caryophyll., Nuc. moschat., Macid.  $\frac{aa}{aa}$  Scrup. unum, — Styrac. Calamit., — Ladani, Succini, Balsami Tolutan.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Ol. Rosmar. Gutt. quinque. De ceteris formulis similibus confer vocem Species aromaticae.

## SPECIES CEPHALICAE PRO EPITHEMATE Ph. Wirt., Palat.

Rec. Herbas et summat. Betonacie, — Hysopi, — Lavendul., — Majoran., — Origan., — Rosmarini, — Rutae, — Salviae, — Serpylli, Flor. Chamom., — Meliloti, — Rosar., — Sambuci, Fol. Lauri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Sal. Ammoniaci Unc. semis, m. Ph. Herbip.: Hb. Majoranae, — Menth., — Meliss., — Serpylli, Flor. Lavend., — Arnicae  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq.

## SPECIES CORDIALES LEMERY.

Rec. Lapid. Bezoar oriental., Ossis de Corde Cervi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, Rasurae Eboris, — Ungulæ Alcis, Rad. Tormentill.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, — Angelicae, — Zedoariae, Ligni Aloës, Cort. Citri  $\frac{aa}{aa}$  Scrup. duos, Ambris. Scrup. semis, Moschi Gran. quatuor, m.

SPECIES CORDIALES LONDINENSES est compositio antecedenti similis inepta; idem valet de Speciebus cordialibus ZWELFERI.

## SPECIES CORDIALES TEMPERATAE Ph. Wirt.

Rec. Serici crudi tosti, Spodii ex ebore, Corall. rubror., — albor.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Rad. Doron., — Been albi et rubri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Ligni Aloes Unc. semis, Cinnamomi, Caryophyll., Ossium e Cordibus Cervi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Hyacinthi, Smaragdi, Sapphiri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Croci Scrup. duos. Fiat omnium pulvis tenerrimus, cui addantur Foliorum Auri et Argenti pro lubitu.

SPECIES PRO CUCUPHIS vid. Species cephalicae pro Cucuphis.

## SPECIES DECOCTI ANTIFEBRILIS Disp. Vienn. vet.

Rec. Rad. Acetosae Libr. tres, — Scorzonerae Libr. unam, Rasurae Cornu Cervi Libr. semis, Hordei crudi Libr. duas, Sem. Foeniculi, Cort. Citri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. tres.

## SPECIES DECOCTI ANTIFEBRILIS BOERHAVE.

Rec. Rad. Apii Unc. semis, — Bardanae, — Chianae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, — Cichorii, — Graminis, — Napor., — Petroselin., — Raparum, — Rusci  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, — Sarsapar. Unc. unam, — Scorzonerae Unc. semis, Fol. Acetosae, — Cichorii; — Endiviae, — Taraxaci  $\frac{aa}{aa}$  Manip. unum, Flor. Sanbuc. Unc. duas, Sem. Apii, — Petroselin.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, m.

## SPECIES DECOCTI ANTINEPHRITICI, s. nephrocatharticum FORESTI Ph. Patlat., Wirt.

Rec. Rad. Liquir. Unc. unam et semis, — Petroselini, — Foenic.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, — Iridis Florent. Unc. unam et semis, Flor. Malvae, — Althaeæ  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Sem. Foenic., — Salsifragæ  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Cicer. rubr. contract. Unc. sex, Jujubar., Caricar.  $\frac{aa}{aa}$  N° 30, Hordei mundati et prius loti Unc. tres, m.

## SPECIES DECOCTI ANTIPODAGRICI VIENNENSIS Ph. Wirt.

Rec. Rad. Polypodii querni, — Chinæ ponderosæ, — Sarsaparil., — Hermodactyl.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Ligni Guajaci Unc. sex, m.

## SPECIES PRO DECOCTO AVENÆ sive Bromio Ph. Wirt.

Rec. Avenae albae electae, saepius lotae et iterum siccatae Unc. sex, Ligni Santali rubri Unc. unam, Rad. Cichorii silvestris Unc. semis, m. Paratur ex his speciebus Decocatum Lowerianum praescriptam quantitatem in Aque fontanae Libris duodecim ad tertiae partis constitutionem coquendo et post repetitam colatram Nitri antimoniati Unc. diuidiam, Sacheb. Unc. duas addendo.

## SPECIES DECOCTI CARMINATIVI.

Ph. Wirt.: Rec. Sem. Anisi, — Dauci, — Cumini, — Carvi, — Foeniculi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Rad. Liquir., Flor. Chamomill. vulg.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Passularum Unc. sex. Incisa misceantur. Disp. Bruns.: Hb. Menthae crisp., — Meliss., — Salviae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Flor. Chamom. Unc. quatuor, Sem. Anisi, — Carvi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam. Piderit: Rad. Valerian., Hb. Menth. pip.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Flor. Chamomill., — Sambuci  $\frac{aa}{aa}$  Unc. tres, Sem. Carvi, — Anethi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam.

## SPECIES DECOCTI DEMULCENTIS AUGUSTIN.

Rec. Gummi Arab. Unc. quatuor, Rad. Altheae Unc. duas, Sem. Anisi st. Drachm. duas.

## SPECIES DECOCTI FEBRIFUGI Disp. Argent. vet.

Rec. Rad. Eryngii, — Cichorii, — Scorzonerae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Hb. Meliss., — Endiviae, — Capill. Ven., Flor. Violar., — Buglossi  $\frac{aa}{aa}$  Pugill. unum, Passular. minor. Unc. unam, Sem. Foeniculi Unc. semis, Fol. Senn. Drachm. sex, Rad. Rhei Drachm. duas, Agarici Drachm. unam et semis, Tamarind. Unc. duas et semis, Crystall. Tartari Drachm. tres, Sal. Absinth., — Genist.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Cinnam. Scrup. quatuor.

## SPECIES DECOCTI FEBRIFUGI LEMERY.

Rec. Summit. Centaur. min., Flor. Agrimon., — Chamomill.  $\frac{aa}{aa}$  Manip. semis, Rad. Gentian. Drachm. duas, Sem. Card. bened., — Citri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, Flor. Calendul. Pugill. duos.

## SPECIES DECOCTI FLORUM ET FRUCTUUM Ph. Wirt.

Rec. Rad. Liquiritiae Unc. duas, Hb. Capillor. Veneris, — Endiviae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Flor. Boraginis, — Buglossi, — Violarum, — Rosar.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, — Lupuli Drachm. duas, Jujuborum, Siliquarum dulcium, Prunor. Damascen.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Tamarindor. Unc. unam.

## SPECIES PRO DECOCTO GALACTOPOEO.

Rec. Rad. Chaerfolii Unc. duas, Hb. Chaerfolii, — Foeniculi, — Anethi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Sem. Foenic. Unc. duas, m.

## SPECIES PRO DECOCTO AD GANGRAE-NAM Ph. Wirt., Pal.

Rec. Hb. Millefolii, — Absinthii  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, — Scordii, — Salviae, — Hysopi, — Rutae, Florum Sambuci, — Hyperici  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, — Rosarum Unc. unam, Myrrae Drachm. sex, Aloës, Asac foetidae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Lithargyri Unc. sex, m.

## SPECIES PRO DECOCTO AD GANGRAE-NAM BOERHAVE.

Rec. Hb. recent. Scordii, — Rutae, — Allii  $\frac{aa}{aa}$  Manip. unum, coque in vino, colaturaem Unc. duodecim adde Sal. Ammon. Unc. semis, Aceti Libr. semis, Aq. comm. Libr. unam.

## SPECIES DECOCTI PRO GARGARISMATE ADSTRINGENTE Ph. Wirt.

Rec. Hb. Plantaginis, — Prunell.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, — Salviae nobilis Unc. duas, Flor. Rosar. rubr., — Ligustri, — Balaustior.  $\frac{aa}{aa}$  unc. unam, m.

## SPECIES DECOCTI PRO GARGARISMATE EMOLLIENTE Ph. Wirt.

Rec. Rad. Althaeae, Hb. Malvae, Flor. Papaveris erratici, — Malvae arboreae, — Sambuci  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam et semis, Sem. Psyllii Unc. semis, Caricarum Unc. duas, m. Disp. Vienn. vet.: Hb. Plantag., — Prunell.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, — Uvulariae Unc. tres, — Salviae Unc. duas, Flor. Ros. rubr., — Malvae arbor., — Balaust.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam.

## SPECIES DECOCTI HEPATICI CHARAS.

Rec. Rad. quinque aperient., — Fragariae, — Buglossi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Hb. Endiviae, — Cichorii, — Lupuli, — Agrimoniae, — Pimpinellae, — Chaerfolii, — Taraxaci  $\frac{aa}{aa}$  Manip. unum, — Capill. Vener., — Polytrichi  $\frac{aa}{aa}$  Manip. semis, Sem. Apii, — Milii solis  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, — quatuor frigid. major.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Rad. Liquirit. Drachm. duas, Flor. Bugloss., — Boragin., — Genist.  $\frac{aa}{aa}$  Pugill. unum.

## SPECIES DECOCTI HEPATICI HOFFMANN.

Rec. Rad. Cichorii, — Taraxaci, — Asparagi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Sem. quatuor major. exort. singulor. Drachm. duas, Fol. Scabiosae, — Cichorii, — Endiviae  $\frac{aa}{aa}$  Manip. semis, Rad. Liquir. Drachm. duas, Passular. minor. Unc. unam.

## SPECIES DECOCTI HYSTERICI FULLERI.

Rec. Rasur. Ligni Buxi, Rad. Bryoniae alb.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, — Paeoniae, — Valerian.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Flor. Stoechad. Drachm. duas, Myrrh. Drachm. unam, coque in Aq. comm. Libr. una et semis, adde Succi Rutaec Unc. unam, colatur. Unc. quatuordecim adde Aq. Bryon. comp. Unc. duas, Tinct. Castor. Drachm. duas, Ol. Succini Gutt. triginta duas, Sacch. albi Unc. unam.

## SPECIES DECOCTI ICTERICI ETTMÜLLER.

Rec. Hb. Anserinae, — Chelidon. major., — Cochlear.  $\frac{aa}{aa}$  Manip. unum, Fol. Sean. Unc. unam, Flor. Anserinae, — Aquilegiae, — Lavendulac  $\frac{aa}{aa}$  Pugill. duos, Rad. Armorac., — Hellebor. nigr.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, — Rhei Unc. semis, — Chelidoni major., — Curcumae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Lumbricor. terrestr., Passular. minor.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Sem. Aquilegiae, — Napi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Cinnamomi, Rad. Galangae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam.

## SPECIES DECOCTI INFANTUM AUGUST.

Rec. Cornu Cervi, Hordei perlat., Sacch. Lact.  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq.

SPECIES DECOCTI LIGNORUM vid. Species Lignorum.

SPECIES DECOCTI MUNDIFICANTIS  
Disp. Fuld.

Rec. Rad. Gramin. Unc. sex, — Pimpinell., — Saponariae  $\frac{aa}{a}$  Unc. tres, Ligni Sassafras, Turion Pini  $\frac{aa}{a}$  Unc. sex.

## SPECIES DECOCTI NEUROTICI FULLER.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam, Rad. Paeoniae Unc. semis, — Calami, — Angelicae  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas, coque cum Aq. commun. Libr. tribus ad Unc. viginti octo, adde Ol. Rosmarin. Gutt. tringinta duas, Balsami Peruv. Gutt. sedecim, Vitell. Ovi unum, Sacch. alb. Aq. Paeoniae  $\frac{aa}{a}$  Unc. duas, Spir. Lavendul. comp., — Sal. Ammon.  $\frac{aa}{a}$  Gutt. octoginta.

## SPECIES DECOCTI NIGRI Ph. Wirt.

Rec. Rad. Torment. Unc. unam et semis, Hb. Sabinae, — Rutae hortens., — Scordii, — Salviae, — Absinthii, Fol. Quercus  $\frac{aa}{a}$  Drachm. sex, Cort. Granat., Gallar. Turcicar.  $\frac{aa}{a}$  Unc. duas et semis, Aluminis crudii Unc. quatuor, Trioli viridis Unc. duas, Viridis Aeris, Tartari rubri crudii  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, m.

SPECIES DECOCTI PECTORALIS vid. Species pectorales.

## SPECIES DECOCTI PRO POTU INFANTUM.

Rec. Rasur. Cornu Cervi Libr. duas, — Eboris, Rad. Liquiritiae, — Polypodiis  $\frac{aa}{a}$  Libr. semis, Caricarum pinguium, Siliquae dulcis  $\frac{aa}{a}$  Libr. unam, Sem. Foeniculi, — Anisi  $\frac{aa}{a}$  Libr. semis, Flor. Tiliae Unc. quatuor, Cornu Cervi usi Libr. unam, m.

## SPECIES PRO DECOCTO VULNERARIO Ph. Wirt., Vienn.

Rec. Rad. Enulae, — Symphyti majoris, — Tormentillae, — Hirundinariae  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, — Liquiritiae Drachm. sex, Hb. Alchemillae, — Saniculae, — Plantaginis, — Auriculae muris, — Hyperici, — Agrimoniae, — Pimpinellae, — Bugulac, — Virgaureae, Flor. Bellidis  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, Sem. Foeniculi Drachm. sex, m.

## SPECIES PRO DECOCTO VULNERARIO PARACELSI CORRECTAE Ph. Wirt.

Rec. Rad. Pimpinellae alb., — Ari  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Hb. Sanicul., — Pyrolae, — Hederae terrestr., — Veronicae, — Summitat. Centaur. minor.  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, m.

SPECIES DETERGENTES s. de-  
tersivae.

Ph. paup. Hamb.: Rec. Rad. Bardan., Stipit. Dulcamar., Rasur. Ligni Guajaci  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Rad. Liquirit. Unc semis, — Foeniculi, Cort. Mezerei  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas. Ph. Herbig: Rad. Bardanae, — Caricis arenar., — Taraxaci  $\frac{aa}{a}$  Unc. tres, — Liquirit. Unc. unam. Ph. Hass. 1806: Rad. Saponar., — Taraxaci, — Gramin., — Patientiae  $\frac{aa}{a}$  Unc. tres, — Pimpinell. Unc. duas,

— Liquirit. Unc. unam, Ligni Guajaci Libr. semis, Sem. Anisi Unc. unam et semis.

## SPECIES DIABORACIS Ph. Wirt., Vienn.

Rec. Boracis Venet. Unc. semis. Cassiae lignae, Croci orient.  $\frac{aa}{a}$  Drachm. unam, Rasur. Ligni Sabinae, Succini albi praep.  $\frac{aa}{a}$  Drachm. semis, Ossium de Cordibus Cervi, Visci querne, Flor. Cheiri  $\frac{aa}{a}$  Scrup. unum, m.

SPECIES DIACALAMINTHAE SIMPLICES  
Disp. vet, Lond., Brand.

Rec. Hb. Calaminth. mont., Pulegii, Origani, Sem. Petroselinii Macedon., — vulgaris, — Seselios  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas, — Apii, Hb. Thymi  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Sem. Ligustic., Piperis nigri  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam.

SPECIES DIACALAMINTHAE COMPOSI-  
TAE Disp. vet. Lond.

Rec. Spec. Diacalaminth. simpl. Unc. unam, Hb. Prasii, — Majoranae, — Melias., — Artemisiae, — Sabinae  $\frac{aa}{a}$  Drachm. unam, Rad. Cyperi, Sem. Rubiae, — Rutae, Macid., Cinnamomi  $\frac{aa}{a}$  Scrup. duos, m.

## SPECIES DIACINNABARIS MYNSICHTI.

Rec. Cinnabaris Unc. semis, Lapid. stell. praep., Cornu Cervi praep., Rasurae Cranii humani, Visci querne  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas, Rad. et Sem. Paeoniae  $\frac{aa}{a}$  Drachm. unam et semis, Specierum Diamoschi, — Diambræ  $\frac{aa}{a}$  Drachm. unam, Magister Perlar., Corallor. rubror.  $\frac{aa}{a}$  Drachm semis, Croci oriental., Olei Succini  $\frac{aa}{a}$  Scrup. unum, Fol. Auri N° tredecim.

## SPECIES DIACINNAMOMI Ph. Wirt.

Rec. Rad. Enulae Unc. semis, Galangae Unc. unam, — Zingiberis, Caryophyll., Cardamomi utriusque, Piperis longi, Macid., Nucis moschat., Ligni Aloës  $\frac{aa}{a}$  Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Cassiae lign. Unc. semis, Cinnamomi acuti Unc. duas, m.

SPECIES DIACRETAE CAMERARI Ph.  
Wirt.

Rec. Cretæ praep. anglic., Nucum moschat., Lapid. Caucror.  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam et semis, Rad. Liquir., Sem. Cydonior.  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Boli Armen., Corallior. rubr. praep.  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, Lapid. Carpioni, Macid., Mastich. elect.  $\frac{aa}{a}$  Scrup. octo, Saech. albi Unc. viginti quatuor.

SPECIES DIACRETAE MYNSICHTI Ph.  
Wirt.

Rec. Cretæ alb., Aqua Rosar. praep., Unc. unam et semis, Nucum moschat. Drachm. sex, Rad. Liquirit., Sem. Cydon.  $\frac{aa}{a}$  Unc. semis, Boli ruhr. orient. praep., Corall. rubr. praep.  $\frac{aa}{a}$  Drachm. duas, Lapid. Carp., Macid., Mastich. elect., Croci orient.  $\frac{aa}{a}$  Scrup. quatuor, Sacchari albiss. Libr. unam. M., f. pulv. subtiliss.

## SPECIES DIACUBE BARUM Disp. Vienn. vet.

Rec. Cubebar., Sem. Amomii  $\frac{aa}{a}$  Unc. duas, Lignor. Santal. omnium, Rasur. Ebor.  $\frac{aa}{a}$  Unc. unam, Succini praep. Unc. semis, m.

## 740 SPECIES DIACUMINI NICOLAI — SPECIES DIASENNAE

### SPECIES DIACUMINI NICOLAI Disp. Vienn. vet., Prag.

Rec. Sem. Cumini Unc. unum et semis, Cinnamomi, Caryophyll.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Rad. Galangae, — Zingiberis, Piperis nigri, Hb. Saturejae, — Calaminth.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Sem. Ammeos, — Levistic.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, Piperis longi, Spicae Indic., Nucis moschat., Cardamom. min.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam.

### SPECIES DIACURCUMAE Disp. Vienn. vet.

Rec. Rad. Curcumae Unc. duas, — Chelidoni, — Rhei  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, — Gentian., — Galang., — Valerian., — Liquirit.  $\frac{aa}{aa}$  Unc semis, Cort. Rad. Capparum, — Tamarisci, Sem. Nasturtii, — Aquilegiae, — Petroselin., — Anisi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Croci, Caryophyll., Myrrh.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, Salis Absinth. Drachm. tres.

**SPECIES DIAGALANGAE MESURES et SPECIES DIAHYSSOPI NICOLAI Codicum veterum sunt formulae antecedentibus similes, nimia rerum farragine scatentes, hodie merito obsoletae.**

### SPECIES DIAIREOS SIMPLICES Ph. Wirt.

Rec. Iridis Fiorent., Sacchari albi candi, Specierum Diatragacanth. frigid.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex; m., f. pulv.

### SPECIES DIAJALAPPAE MYSNICTHI Ph. Wirt.

Rec. Rad. Jalappae Unc. duas et semis, Cremor. Tart. Scrup. undecim, Ol. Cinnamomi Scrup. unum, m.

### SPECIES DIAMARGARITAE CALIDAE Ph. Wirt.

Rec. Rad. Zingiberis Unc. semis, — Doronici, — Zedoar., — Been utriusque  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, — Pyrethri Drachm. unam, Sem. Apii, Cardamomi utriusque, Nucum moschat., Macid., Piperis longi, — nigri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Cinnamomi Drachm. quinque, Mastichis, Margaritarum orient.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis; m. f. pulv.

### SPECIES DIAMARGARITAE FRIGIDAE.

Rec. Margarit. orient. Drachm. sex, Corallii albi, — rubri, Flor. Boraginis, — Nymphaeac alb., — Rosar. rubr., Granor. Kermes, Ligni Aloës, — Santali albi, — citrini  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas. M., f. pulv.

### SPECIES DIAMBRAE Ph. Wirt.

Rec. Rad. Doronici, — Galangae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, — Zingiberis Drachm. unam et semis, Spicae Indicae Drachm. unam, Ligni Aloës, — Santali citrini, Piperis longi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Caryophyll., Nucis moschat., Macid.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Cardamomi major., — minor.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Cinnamoni Drachm. tres. Fiat pulvis, quem completum reddimus addendo Ambrae Drachm. unam, Moschi Drachm. semis.

### SPECIES DIAMARI WEDELII Tab. Smaragd.

Rec. Hb. Mari veri, Ligni Aloës, Cardamo-

mi min., Cinnamomi  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Ambrae gris. Drachm. unam.

### SPECIES DIAMUMIAE MYSNICTHI formula inepta, quod quidem ex nomine patet.

#### SPECIES DIANISI Ph. Wirt.

Rec. Rad. Pyrethri Drachm. duas, — Zingiberis, — Galangae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. quinque, Spicae Indic. Drachm. unam et semis, Rad. Liquirit. Unc. unam, Calaminthae Drachm. duas, Sem. Anisi Unc. duas et semis, — Carvi, — Foeniculi  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. quinque, Cardamomi minor., Caryophyll., Cubeb.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam et semis, Piperum trium  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Cinnamomi Drachm. quinque, Cassiae lign. verae Drachm. duas, Macidis Drachm. quinque, Croci Drachm. unam et semis, Mastiches Unc. unam. M., f. p.

### SPECIES DIANTHOS Ph. Wirt., Vienn. vet.

Rec. Rad. Liquir. Drachm. sex, — Zingib., — Zedoar., — Galang., Ligni Aloës, Cinnamomi, Caryophyll., Cardamomi minor., Macid., Nucis moschat., Spicae Indic.  $\frac{aa}{aa}$  Scrup. quatuor, Flor. Rorismar. Unc. unam, — Rosar., Violarum  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Sem. Anethi, — Foeniculi  $\frac{aa}{aa}$  Scrup. quatuor. m.

### SPECIES DIAPHORETICAE HÖXTER.

Rec. Turion. Pini, Ligni Guajaci, Bacc. Juniper.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam. Conc. cont. misce.

### SPECIES DIAPHORETICAE MARCUS.

Rec. Flor. Arnic. Unc. semis, Sambuci Manip. duos. C. f. species.

### SPECIES DIAPHORETICAE SELLE.

Rec. Ligni Junip., Rad. Tarax., Gramin., Cichor.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, — Seneg., Sem. Foenic., — Petrosel., Bacc. Junip.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas. G. c. misce.

### SPECIES DIAPNOICAE VOGLERİ Weilb.

Rec. Flor. Verbasci Unc. semis, Hb. Arnicæ Drachm. duas.

### SPECIES DIARRHODON ABBATIS Ph. Wirt., cet.

Rec. Flor. Rosar. rubr. Unc. duas, Rad. Liquir. Drachm. duas, Spicae Ind., Rad. Rhabarb.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Ligni Santali albi, — rubri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Sem. Anisi Drachm. duas, Sem. Basilici, Cinnamomi, Croci Austriaci, Mastiches, Matris Perlarum praep., Rasuræ Eboris, Cornu Cervi praep.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam.

### SPECIES DIASCORDII Ph. Sard.

Rec. Hb. Scordii Unc. unam et semis, Flor. Rosar. rubr. Unc. unam, Boli Armenae Unc. duas, Cassiae ligneæ, Hb. Dictamni Cretici, Galbani, Storaci Calamit.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Rad. Bistort, — Gentian., Gummi Arab.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. quinque, Opii Drachm. duas.

### SPECIES DIASENNAE Ph. Leidens., vet.

Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Cremor. Tartari Unc. semis, Sem. Foeniculi Drachm. duas, Cinnam., Macid., Sal. Gemm.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, m.

**SPECIES DIATRAGACANTHAE.** Traganth species. Pou dre gommeux.

*Synon.*: Species Diatragacanthae frigidae, Species Tragacanthae compositae, Pulvis gummosus. Gummi pulver.

Rec. Gummi Tragacanthae pul verati Uncias duas,  
— Arabici Drachmas de cem,

Amyli Unciam dimidiam,  
Pulveris Radicis Liquiritiae  
Drachmas duas, misce.

*Vis*: demulcens, involvens.

*Usus*: in tussi, diarrhoea.

Ph. Wirt. et Brunsv. hanc formulam habent. Ph. Palat.: Gummi Tragacanthae Unc. duas, — Arabici Drachm. decem, Amyli Unc. semis, Rad. Liquirit. Quatuor Semin. frigid. major. aa Drachm. duas, Sem. Papar. Drachm. tres. Ph. Bor. ed. 5, Hann. 1833, Hamb. 1835: Gummi Arab. Unc. tres, Rad. Liquir. Unc. unam, Sacch. alb. Unc. duas, m. Ph. Suec.: Sacchari, Rad. Althaeae, Gummi Arabici aa par pondus. Ph. Lond. 1836: (Pulvis Tragacanthae compositus) Gummi Tragacanth., — Arabici, Amyli aa Unc. unam et semis, Sacch. alb. Drachm. duas. Ph. Gen.: Gummi Tragacanthae Unc. semis, Amyli, Sacch. albi aa Drachm. duas. Ph. Oldenb.: Gummi Arab. Unc. duas, — Tragacanth., Rad. Liquir. aa Unc. semis, Sacch. albi Unc. duas. Ph. Bat., Belg.: Gummi Tragacanth., — Arabici, Sacch. albi aa part. aeq. Ceteras variates perstringere nil attinet.

**SPECIES DIATRION SANTALON** Ph. Wirt., Palat.

Rec. Trium Santalar. aa Drachm. duas et Scrup. duos, Flor. Rosar. Unc. tres et Drachm. tres, — Violarum Unc. semis, Rhabarbari, Sem. Portulac., Spodii ex Ebore, Succi Liquirit. aa Drachm. duas, Amyli, Gummi Arabici, — Tragacanthae aa Scrup. quatuor, m. Gui Camphora arridet illius Scrup. unum admis cere poterit.

**SPECIES DIATURBITHI CUM RHABAR BARO** Ph. Wirt., Palat.

Rec. Rhabarbari, Turbith. aa Unc. unam, Hermodactyl. Unc. semis, Diaerydii, Gremor. Tart., Sem. Violarum aa Drachm. duas, Olei Cinnamomi Gutt. quinque. M-, f. pulv.

**SPECIES DISCUTIENTES** vid. Species re solventes.

**SPECIES DIURETICAE.** Harn treibende Species. Espèces diuretiques. Pli. Palat.: Rec. Rad. Apii Unc. quatuor,

— Foeniculi, Sem. Lini aa Unc. duas, Hb. Pa riariae, — Malvae, — Persicariae, — Flor. Chamomill. aa Manip. duos. Ph. Sard.: Rad. Petroselin., Cort. Sambuci, Hb. Petrosel., — Card. bened., Flor. Sambuci aa Unc. unam, Sem. Foenic., Sal. Ammon. aa Drachm. unam. Ph. Gall. mil.: Rad. Ononid., — Asparagi, — Foeniculi, — Petroselin., — Rusci, — Caecitrap., — Levist., — Fragariae aa part. aeq., m. Ph. pap. Hamb.: Hb. Malvae cum Flor. Unc. unam et semis, — Menth. pip., Rad. Liquirit. aa Drachm. sex, Herb. Digital. Drachm. unam, div. in sex part. aeq. Ph. Gall. 1837: Rad. Foenic., — Rusci, — Apii, — Asparagi, — Petroselin. aa part. aeq. AUGUSTIN: Fol. Persicariae min., Rad. Junip. aa Unc. semis, Hb. Petroselin., — Hyssop., Cin namomi, Cort. Aurant., Sem. Anisi aa Drachm. unam. SUNDELIN: Rad. Ononid., Summit. Genist. aa Unc. duas, Bacc. Junip. Unc. unam, Sem. Petrosel., — Anisi aa Drachm. tres. C. c. misce f. Spec. Vel: Summit. Junip., Rad. Ononid. aa Unc. duas, Sem. Sinap., — Petrosel. aa Unc. semis.

**SPECIES AD DYSCRASIAM CHRONICAM** VOGT.

Rec. Rad. Sarsapar., — Chin. nodos., Stip. Dulcamar. aa Drachm. tres, Rad. Polypod. Drachm. unam, Sem. Anisi stell. Drachm. se mis. C. c. m. Spec. disp. doses tales N° 6.

**SPECIES EMMENAGOGAE WEPFERI.**

Rec. Limatur. Mart. Unc. semis, Cinnamomi Drachm. sex, Caryophyll. Drachm. unam et semis, Macid. Drachm. unam, Baccar. Lauri Drachm. tres, Hb. Meliss., — Pulegii, — Rorismar. aa Pugill. unum, Croci Scrup. semis, Sacch. alb. Unc. tres.

**SPECIES EMOLLIENTES AD CATAPLASMA.** Erwe chende Kräuter zum Breiumschlag, Espèces emollientes.

Rec. Herbae Malvae,  
Florum Chamomillae,  
— Meliloti,  
— Sambuci,  
Radicis Althaeae,  
Farinae Seminis Lini aa par tes aequales, concisa et contusa misce.

*Vis*: emolliens, resolvens.

*Usus*: ad tumores inflammatos, anginam tonsillarem.

Ph. Slesv.-Hols., Hass. 1827 hanc formulam habent. Ph. Hamb. 1835 omittit Flores Sambuci. Ph. Bor. ed. 5. omittit Flores Sambuci et Chamomillae,

et loco Radicis Althaeae ponit Herbam. — Disp. Lipp., Ph. Suec.: Hb. Malvae Libr. duas, Flor. Chamomill. Unc. sex, Sem. Lini Libr. unam. Ph. Saxon. 1839: Flor. Chamom. vulg., Hb. Althaeae, — Malvae, — Meliloti — Unc. unam, Farin. Sem. Lini Unc. quatuor. Disp. Ful.: Flor. Chamomill., — Meliloti, Sem. Lini — Unc. quatuor. Ph. Wirt.: Rad. Althaeae Unc. quatuor, Herbar. quinque emollientium — Unc. duas, Flor. Chamom. Unc. tres. Ph. Brunsv.: Rad. Alth. Unc. sex, Herb. quinque emoll. — Unc. tres, Flor. Chamomill. Unc. quatuor, Sem. Foeniculi, — Carvi — Unc. duas, — Foenu Graeci, — Lini — Unc. quatuor. Ph. Palat.: Flor. Alth., — Malv., — Meliloti, — Mercurialis, — Portulacae, — Violarum, — Flor. Chamomill. — Pugill. tres, Rad. Alth., Sem. Foenu graeci, — Lini — Unc. tres, Furfur. Tritic. Manip. tres. Ph. Dan.: Hb. Malv. Unc. sex, — Meliloti, Flor. Sambuc., — Chamomill. — Unc. octo, Rad. Alth. Unc. decem, Sem. Lini Libr. tres. Ph. Sard.: Rad. Alth., Sem. Lini, Flor. Chamom. vulg., Hb. Malvae, — Meliloti — part. aeq. Ph. Bavar.: Rad. Alth., Hb. Alth., — Malv. — part. unam, Farin. Sem. Lini part. duas. Ph. Gall. 1837: Fol. Malvae, — Althaeae, — Verbasc., — Seencion. vulg., — Parietar. off. — part. aeq.

### SPECIES EMOLLIENTES AD ENEMA. Erweichende Kly- stierspecies. Espèces de lavement emollientes.

*Synon.:* Species ad enema, s. pro Clysmate.

Rec. Herbae Althaeae Libras duas,  
Florum Chamomillae vulga-  
ris Libram unam,  
Farinae Seminis Lini Libram  
dimidiad,  
concisa et contusa misce.

*Usus:* ad parandum enema, quem  
in usum Specierum Unciae circiter tres  
sufficiunt.

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hann. 1833, Hass.  
1827, Sard. hanc formulam consonant ha-  
bent. Ph. Palat.: Hb. Alth., — Brancae  
ursinae, — Malvae, — Mercurialis, — Parie-  
tar, — Verbenae, — Violar., Flor. Chamom.  
vulgar. — Pugill. duos, Sem. Foenu Graeci  
Drachm. unam. — Nigellae Unc. semis.

### SPECIES AD ENEMA ANODYNUM Disp. Fuld.

Rec. Capit. Papav. Libr. unam, Rad. Alth.,  
Sem. Lini — Libr. semis.

### SPECIES AD ENEMA ANTHELMINTHI- CUM VOGT.

Rec. Rad. Valer., Sem. Cinae, Flor. Tanacet.

— Drachm. duas. Conc. m. f. Spec. divide in  
sex part. aeq.

### SPECIES AD ENEMA ANTIDYSENTERI- CUM VOGT.

Rec. Amyli Drachm. unam. Flor. Chamom.  
Unc. semis, Opii puri pulv. Gran. tria. C. m.  
f spec. et disp. dos. tales quatuor.

### SPECIES AD ENEMA CARMINATIVUM Disp. Fuld.

Rec. Summit. Millefol., Hb. Abrotan., —  
Menth. crisp., Flor. Chamom. — Unc. quatuor,  
Sem. Anethi, — Carvi — Unc. unam.

### SPECIES AD ENEMA IN COLICA FLA- TULENTA VOGT.

Rec. Hb. Menth. crisp., Major. — Drachm.  
duas, Sapon. medic. Drachm. unam. C. et  
cont. m. f. Spec. dent. dos. tales tres.

### SPECIES AD ENEMA VISCE- RALE VOGT.

Rec. Hb. et Rad. Tarax., Hb. Fumar., —  
Marrub. alb., — Drachm. unam et semis,  
Natri phosph. siccii Unc. semis. C. c. m. f  
Spec. disp. dos. tal. N° 8. (Cl. Species vis-  
cerales.)

### SPECIES PRO EPITHEMATE CORDIS ET PULSUUM Ph. Wirt.

Rec. Hb. Rorismar., — Majoran., — Melis-  
sae, Flor. Cheiri, — Tunicae — Unc. semis, —  
Lavendul., — Rosar. — Drachm. sex, Macidis,  
Nucis moschatae, Ligni Aloës, — Rhodii —  
Drachm. sex, Cinnamomi Drachm. sex, Corti-  
cum Citri — Aurant. — Drachm. tres. Incisa  
et contusa grosso modo misce.

### SPECIES PRO EPITHEMATE HEPATIS Disp. Vienn. vet.

Rec. Santal. omnium — Unc. duas, Flor. Ro-  
sar. rubr. Unc. semis, Camphor. Serup. quatuor.

### SPECIES PRO EPITHEMATE STOMACHI JUNKER.

Rec. Rad. Calani, — Zedoariae, — Galan-  
gae, — Gentian. — Drachm. unam, Hb. Ab-  
sinth., — Menth. crisp., — Meliss., — Rutaë  
— Manip. semis, Sem. Carvi, — Anisi —  
Drachm. unam, Ol. Menth. crisp., — Foeni-  
culi, — Cort. Citri — Gutt. sex.

### SPECIES AD FOMENTUM s. fo- mentationem. Species zur Bähung. Espèces de foméation.

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Flor. Lupuli Libr.  
unam, Flor. Chamom., — Lavendul., Hb.  
Rorismar., — Serpyll. — Unc. tres. Ph.  
Bor. ed. 3, Sard., Polon. addunt Flor.  
Tanacet. Unc. tres. Disp. Brand.:  
Flor. Lupuli Libr. unam, — Chamomill.  
vulg., — Millefol., — Lavendulae — Libr.  
unam, Hb. Rorismar., — Hyssop. — Ser-  
pyll., — Lysimach., — Tanacet., — Majoran.,  
— Meliloti, — Menthae, — Origani,  
— Saturejae, — Botryos — Unc. duas.

## SPECIES AD FOMENTUM AROMATICUM Disp. Paris.

Rec. Hb. Rorismar., — Rutae, — Salviae, — Hyssopi, — Lavendulae, — Absinth., — Origani, — Thymi, Fol. Lauri, Flor. Rosar., — Chamomill., — Meliloti, — Sambuci, — Sal. Ammon.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas.

## SPECIES AD FOMENTUM CHELI.

Rec. Hb. Hyoscyami, — Conii  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Farin. Sem. Lini Unc. duas.

## SPECIES AD FOMENTUM LIQUIDUM VOGT.

Rec. Cort. Peruv. fusti Unc. tres, Cinnamomi, Hb. Salviae, Caryophyll. arom.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis. Conc. m.

## SPECIES PRO FOTU EMMENACOGO Ph. Palat.

Rec. Rad. Bryon. Unc. quatuor, — Aristoloch. rotund. Unc. duas, — Zedoariae, Baccar. Lauri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Hb. Matricar., — Artemisiae, Summitat. Sabinae, Flor. Chamomill.  $\frac{aa}{aa}$  Manip. duos.

SPECIES PRO FOTU DISCUTIENTE vide Species cephalicae.

## SPECIES PRO FOTU AD GANGRAENAM Disp. Fuld.

Rec. Cort. Salicis Unc. octo, Hb. Absinth., — Rutae, — Salviae, Flor. Hyperici  $\frac{aa}{aa}$  Unc. quatuor, Myrrh. Unc. duas, Asae foetid., Aloës  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Lithargyri Libr. unam.

SPECIES PRO FOTU AD HAEMORRHOIDUM DOLOREM Ph. Palat. vid. Fomentatio antihaemorrhoidalis (p. 437).

## SPECIES PRO FOTU LATERALI s. ad pleuresiam Ph. Palat.

Rec. Rad. Alth., Capit. Papav.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. duas, Sem. Lini, — Foenugraeci, — Cumini, Baccar. Lauri  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Hb. Malv., — Matricar.  $\frac{aa}{aa}$  Manip. tres, Flor. Chamom. Manip. duas.

SPECIES EX FRUCTIBUS BECHICIS vide Species pectorales cum fructibus.

SPECIES FUMALES s. pro fumigationibus vid. Species ad suffendum.

SPECIES AD GANGRAENAM vid. Species pro Decocto ad Gangraenam et Species pro Fotu ad Gangraenam.

## SPECIES AD GARGARISMA s. emolientes pro gargarismate. Gurgelspecie. Espèces de gargarisme.

Ph. Bor. ed. 3, Pol., Sard., Hamb. 1835: Rec. Hb. Alth., — Salviae  $\frac{aa}{aa}$  Unc. sex, Flor. Sambuci, Rad. Pimpinell.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. tres. Ph. Hann.: Hb. Alth., — Salviae, Flor. Sambuci  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq. Ph. Bor. ed. 5:

Hb. Alth., Flor. Samb., — Malvae vulg.  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq. Ph. Hass. 1827: Hb. Alth., — Salviae, Flor. Sambuci, — Rhoead., Rad. Pimpinell.  $\frac{aa}{aa}$  part. unam. Disp. Brunsv.: Rad. Alth., — Enulae, — Iridis Flor., — Caryophyll., — Flor. Malv., — Salviae, — Hyssopi, — Rhoeados, — Chamomill. vulg., — Malvae arbor., — Sambuci  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam et semis, Sem. Psyllii Unc. semis, Caricar. Unc. duas.  $\frac{aa}{aa}$  Ph. Bor. castr.: Rad. Alth. part. unam, Hb. Salv., Flor. Alth.  $\frac{aa}{aa}$  part. duas.

## SPECIES PRO GARGARISMAE ADSTRINGENTE.

Ph. Pal., Wirt. vid. Species Decocti pro Gargar. adstr. — Ph. Hamb. 1835: Rad. Bistortae, — Tormentill., Cort. Granator.  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq.

## SPECIES PRO GARGARISMAE IN APHTHIS BOERHAAVE.

Rec. Fol. Malv., — Brancae ursin., — Alth., — Parietar., — Verbasci, — Mercurial., — Alchemill.  $\frac{aa}{aa}$  Uc. duas, Rad. Alth. Unc. unam, Bulbor. Raparum Unc. decem.

## SPECIES DE GEMMIS FRIGIDAE Ph. Wirt.

Rec. Eboris spagyricae praep. Unc. unam, Margarit. occident. praep. Drachm. sex, Corallii utriusque  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Hyacinthi, Smaragdi, Sapphiri, Sardae, Granati, Santali albi, — citrini, — rubri  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. tres, Flor. Boraginis, — Buglossae, — Nymphaeae  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Rosarum Drachm. tres. M. f. pulv., addantur Fol. Auri N° 20.

## SPECIES GUAJACINAE COMPOSITAE Ph. Ruth. castr.

Rec. Ligni Guajaci part. tres  $\frac{aa}{aa}$  Rad. Bardanae, — Caricis, — Saponar.  $\frac{aa}{aa}$  part. duas, Stipit. Dulcam. part. unam.

## SPECIES HERBARUM PRO INFUSO ANALPTICO AUGUSTIN.

Rec. Flor. Primul., — Auricul., — Verbasci alb., — Meliloti  $\frac{aa}{aa}$  Libr. semis, — Hyperici Unc. quatuor, — Gnaphalii dioici Unc. decem, Fol. Hepat. stell. Libr. unam, Flor. Arnic. Uac. duas, — Cerasi nigri Drachm. duas, — Rosar. rubr. Drachm. unam, Summitat. Clinopodii Libr. semis, — Serpylli Unc. quatuor.

## SPECIES HIERAE PICRAE SIMPLICES Ph. Wirt., Vienn., Brand., cet.

Rec. Rad. Asari, Spicae Indicae, Cinnamomi, Cubebar., Mastichis, Croci  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. sex, Aloës Succotrinae Libr. unam. F. pulv.

## SPECIES HIERAE PICRAE RHASIS DICTAE Disp. Brand.

Rec. Aloës Unc. unam, Rad. Asari, Cinnamomi, Cubebar., Cassiae lign., Ligni Aloës, Mastich., Flor. Rosar. rubr., Spicae Indic.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm semis.

## 744 SPECIES HIPPOCRATICAES — SPECIES LIGNORUM

### SPECIES HIPPOCRATICAES Disp. Argent., Paris., et cetera.

Rec. Cinnamomi Unc. quatuor, Rad. Zingib. Unc. unam et semis, Caryophyll. Unc. unam, Macid. Drachm. tres, Granor. Paradisi Drachm. sex, Rad. Galangae, Hb. Cardamomi  $\frac{aa}$  Unc. semis.

### SPECIES DE HYACYNTHO Ph. Vienn., Wirt., Brand.

Rec. Hyacinthi praep., Boli Armen., Terrae Lemn. verae, Corall. rubr. praep.  $\frac{aa}$  Drachm. unam et semis, Margarit. occid. praep., Smaragd. praep.  $\frac{aa}$  Drachm. unam, Cornu Cervi praep., Rasur. Eboris praep., Ossium de cordibus Cervorum praep., Rad. Dictamni albi, — Tormentillae, Santal. omnium, Rosar. rubr., Granor. Kermes, Sem. Aetosae, — Citri decorticati, — Portulacae, Croci, Myrrae  $\frac{aa}$  Scrup. quatuor. M. f. pulv.

### SPECIES AD HYDROPEM VOGT.

Rec. Turion. Pini, Bacchar. Juniperi, Rad. Ononid. spin.  $\frac{aa}$  Drachm. duas ad tres, Sem. Petroselin. Scrup. duos. Conc. et cont. m. f. Spec. disp. doses ejusmodi N° 6.

### SPECIES CONTRA HYDROPHOBIAM SCHULLEBN.

Rec. Hb. et Flor. Anagall.  $\frac{aa}$  Unc. tres, Rad. Bardan., — Saponar.  $\frac{aa}$  Unc. unam et semis, — Liquir. Drachm. tres, Stip. Dulcamar. Drachm. sex, Sem. Anisi Drachm. unam; m.

### SPECIES IMPERATORIS Ph. Wirt., Vienn. Argent.

Rec. Cinnamomi Drachm. decem, Rad. Zingib., Caryophyll.  $\frac{aa}$  Unc. semis, — Galangae, Macidis, Nucis moschat.  $\frac{aa}$  Drachm. duas; m. (Cf. Pulvis aromaticus.)

### SPECIES INCITANTES SUNDELIN.

Rec. Sem. Carvi Drachm. unam et semis, — Foenic. Drachm. tres, Hb. Menth. pip. Drachm. duas, Flor. Chamom. Unc. semis. C. c. m. Vel: Sem. Phellandr. aq. Drachm. tres, Hb. Menth. crisp., Flor. Chamom.  $\frac{aa}$  Unc. semis, Fol. Aurant. Drachm. sex. C. c. m. Vel: Hb. Mari veri Drachm. unam et semis, Rad. Valer. min. Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Flor. Aurant. Unc. unam et semis, Hb. Menth. pip. Drachm. duas, Coriandri Drachm. unam et semis; c. c. m. f. Spec. PHOBUS: Rad. Valer., — Tarax., Hb Tarax., — Card. bened.  $\frac{aa}$  Unc. unam, c. m. f. Sp. HUFELAND: Fol. Aurant., Rad. Caryophyll., — Valer., Summit. Millefol.  $\frac{aa}$  Drachm. tres. Conc. misce.

### SPECIES PRO INFUSO DIURETICO, PECTORALI vid. Species diureticae, pectorales.

### SPECIES INFUSI VULNERARII Disp. Fulde.

Rec. Hb. Hederae terestr., — Virgaur., — Centaurii min., — Millefolii  $\frac{aa}$  part. aeq.

### SPECIES LACTIFUGAE WEISSII.

Rec. Rad. Aristoloch. long., — Filic. mar., — Calendulae  $\frac{aa}$  Unc. quatuor, Hb. Beton.,

— Vinc., — Verbena, Flor. Serpyll., — Tiliae, — Calii, — Primul. ver., — Laureol., — Hyperic., — Cort. Quercus, Rad. Patient., — Scrophular.  $\frac{aa}$  Unc. duas, Fol. Senn. conc. Unc. sex et Drachm. quatuor. C. c. m.

### SPECIES LAETIFICANTES RHASIS Ph. Wirt., Vienn., Brand., et cetera.

Rec. Rad. Bean albi, — rubri, — Zedoariae, Doronici, Hb. Melissae, Sem. Ocym. caryophyllati, — Paoniae, Croci, Caryophyllor. aromat., Cardamomi minor., Cinnamomi, Cort. Ciri, Mastiches  $\frac{aa}$  Unc. semis. M. f. p., qui compleatus redditur additio Galiae moschatae Unc. semis, Moschi Scrup. unius.

### SPECIES LAXANTES BERENDS.

Rec. Fol. Senn. Drachm. unam et semis, Tatar. natron. Drachm. tres, Spec. pectoral., Hb Menth. pip.  $\frac{aa}$  Drachm. duas. C. c. m., f. Spec.

### SPECIES LAXANTES HUFELAND.

Rec. Fol. Senn. conc. Drachm. unam, Natri sulph. Unc. unam. M. det. in triplo.

### SPECIES LAXANTES SUNDELIN.

Rec. Fol. Senn. Unc. semis, Flav. Cort. Aurant., Sem. Carvi  $\frac{aa}$  Drachm. duas, Rad. Rhei Drachm. unam et semis, Sem. Foenic. Drachm. tres. M. f. Spec.

## SPECIES LIGNORUM. Holztransfspecies. Espèces ligneuses.

*Synon.:* Species ad Decoctum Lignorum, Holzthee, blutreinigende Species.

Rec. Ligni Guajaci Libras duas, Radicis Bardanae, — Saponariae  $\frac{aa}$  Libram unam, — Liquiritiae, Ligni Sassafras  $\frac{aa}$  Libram dimidiad; concisa misceantur. — Vis: alterans, diaphoretica.

*Usus:* in arthritide atonica, rheumatismo, scrophulis.

Formulam illam habent Ph. Bor. ed. 3 et 5, Oldenb., Polon., Hann., Hamb. 1835, quare intactam recipiendam putavimus. — Ph. Saxon. 1837: Ligni Guajaci Unc. quatuor, Rad. Bardan., — Saponar., — Caricis arenar.  $\frac{aa}$  Unc. duas, — Liquir., — Sassafras  $\frac{aa}$  Unc. unam. Ph. Hass. 1827: Ligni Guajaci Libr. unam et semis. Rad. Bardan., — Saponar., — Caricis arenar., — Liquir., — Ligni Juniperi. — Sassafras  $\frac{aa}$  Libr. semis, Sem. Anisi Unc. unam. Ph. Slesv.-Hols. ex hac formula Lignum Juniperi omittit. Ph. Dán.: Ligni Guajaci Unc. sex, — Sassafras, Rad. Bardanae  $\frac{aa}$  Unc. tres, — Liquir.

Drachm. tres, Stipit. Dulcam. Unc. unam et semis, Sem. Foenic. Drachm. duas. Ph. Ross.: Ligni Guajaci, Rad. Bardanac  $\approx$  Unc. sex, — Caricis aren., — Saponar.  $\approx$  part. tres, — Liquirit. part. duas. Ph. Sard: Ligni Guajaci part. duas, — Sassafras part. dimidiam, Rad. Bardanac, — Saponar. — Liquirit. — Caric.  $\approx$  part. unam. Ph. Wirt: Ligni Guajaci Libr. unam semis, — Sassafras Unc. sex, — Juniper. Unc. quatuor, Rad. Sassafras, — Chinæ  $\approx$  Unc. duas, — Liquirit.  $\approx$  Unc. unam semis, Sem. Anisi, — Foenic.  $\approx$  Unc. semis. Incisa et contusa serventur. Ph. Palat: Ligni Guajaci Libr. unam, Cort. Ligni Guajaci Unc. quatuor, Rad. Chinæ Unc. duas, — Sarsaparilla, Ligni Sassafras  $\approx$  Unc. unam. Ph. Bor. eastr. 1828: Ligni Guajaci, Rad. Gramin.  $\approx$  Unc. quatuor, — Liquir., Sem. Anisi  $\approx$  Unc. unam.

SPECIES NEPHROCATHARTICAE vid. Species decocti nephrocathartici.

SPECIES NERVINAE s. infusi theae-formis nervini Disp. Ful.

Rec. Fol. Aurant. Drachm. duas, Summit. Millefol. Hb. Serpilli, Flor. Chamom.  $\approx$  Drachm. duas, Sem. Foeniculi Drachm. unam. HUFELANDI Ph. paup: Rad. Valerian., — Caryophyllat, Hb. Menth. pip., Fol. Aurant.  $\approx$  part. aeq.

SPECIES NERVINAE KAEMPFII.

Rec. Rad. Valerian. min., Fol. Aurant., Summit. Millefol.  $\approx$  Unc. unam, Hb. Salv., — Menth. crisp.  $\approx$  Drachm. unam semis, Flor. Chamomill., Sem. Foenic.  $\approx$  Drachm. duas. C. c. misce.

SPECIES ODORIFERAЕ, Pot-Pourri dictae HENRY-GUIBOURT.

Rec. Rad. Angelic., — Calam., — Enulae, — Galang., — Zingib., — Imperat., — Iridis Flor., — Valer., Ligni Sassafr., — Santal. citr., — Rhodii, Cannell. alb., Cort. Winter., — Cascarill., Fol. Laur., — Hb. Absinth., — Abrotan., — Basilic., — Calaminth., — Hyssop., — Majoran., — Matricar., — Melilot., — Menth. pip., — Origan., — Rorismar., — Ruta., — Salviae., — Serpill., — Tanacet., Thym., Flor. Chamom. rom., Sem. Anisi, — Coriandri, — Cumini, — Foeniculi, Baccar. Juniperi, Flaved. Aurant. et Citr., Caryophyll.  $\approx$  Unc. octo. Flor. Lavand. Libr. tres, Rosar. Libr. duas, Sal. culinar., Natr. carbon.  $\approx$  Unc. quatuor, Aquae Unc. octo C. c. msc. l. a. SPIELMANN: Flor. Rosar. rubr. Unc. semis, — Lavandul. Drachm. duas et semis, Ligni Rhodii Unc. semis, Rad. Iridis Unc. duas, Hb. Basilici, — Calaminth., — Majoran.  $\approx$  Drachm. duas, — Menth. pip. Scrup. quatuor, — Origan., — Pulegiu, — Salviae., — Saturejae, Cort. Aurant., — Citri  $\approx$  Drachm. duas, Cinnamomi, Hb. Rorismar., Caryophyll., Macid.  $\approx$  Drachm. tres, Fol. Lauri Unc. semis, Moschi, cum Saccharo terendi, Gran. duo.

II.

## SPECIES PECTORALES.

Brustkräuter. *Espèces pectorales.*

*Synon.:* Species ad infusum pectorale, Brustthee.

Rec. Radicis Althaeae Uncias qua-tuor,  
— Liquiritiae,  
— Iridis Florentinae,  
Herbae Farfarae,  
— Hederae terrestris singularum Uncias duas,  
Florum Rhœados,  
— Verbasci singulorum  
Unciam unam,  
Seminis Anisi stellati Unciam  
dimidiam,  
concreta et contusa misce.

Ph. Bor. ed. 3, Hann. 1833, Hass. 1837, Hamb. 1835 banc formulam habent. Ph. Bor. ed. 5: Rad. Alth. Unc. quatuor, — Liquir. Unc. unam et semis, — Iridis Flor. Unc. semis, Hb. Farfarae, Flor. Rhœad., — Verbasci, Sem. Anisi stell.  $\approx$  Unc. unam. Ph. Slesv.-Hols.: Rad. Alth. Unc. quatuor, — Ires Flor., — Liquir., Hb. Farfarae, — Hederae terrestr.  $\approx$  Unc. duas, Flor. Rhœados, — Verbasci, Sem. Anisi stell.  $\approx$  Unc. unam. Ph. Saxon. 1837: Rad. Alth. Unc. quatuor, — Liquir. Unc. tres, — Ires Flor. Unc. unam, Ub. Farfarae Unc. quatuor, — Flor. Rhœad., — Verbasci, Sem. Anisi stell.  $\approx$  Unc. unam. Ph. Polon.: Hordei perlati Unc. quatuor, Rad. Liquir., Hb. Farfarae, — Hederae terrestr., — Veronic.  $\approx$  Unc. duas, Flor. Rhœad., — Verbasci, Sem. Anisi vulg.  $\approx$  Unc. unam, Caricarum Unc. tres. Ph. mil. Bor. 1828: Rad. Alth., Hb. Farfarae  $\approx$  Unc. duas, Rad. Liquir. Unc. unam, Sem. Anisi Unc. semis. Ph. Oldenb.: Rad. Althaeæ Unc. quatuor, — Liquirit., Hb. Farfarae  $\approx$  Unc. duas, Flor. Rhœados, — Verbasci  $\approx$  Unc. unam, — Sambuci, Sem. Anisi stell.  $\approx$  Unc. semis. — Ph. paup. Hamb.: Rad. Alth. Unc. duas, — Liquir. Unc. semis, Sem. Foenic. Drachm. duas. — Ph. Dan.: Rad. Althaeæ Unc. unam et semis, — Liquir., Hb. Tussilag., — Veronic., Flor. Verbasci, — Sambuci  $\approx$  Drachm. sex, Sem. Anisi stell. Unc. semis. HUFELANDI Ph. paup.: Flor. Verbasci, Hb. Tussilag., Flor. Sambuci, Rad. Liquir., — Althaeæ  $\approx$  Unc. unam, — Ires Flor., Sem. Foeniculi  $\approx$  Drachm. sex. Ph. Gall. 1837: Hb. Adian-thi pedati, — Veronic., — Hyssopi, — Hederae terrestr.  $\approx$  part. aeq. — Ph. Parm.: Hb. Capill. Vener. part. sex, Flor. Verbasci, — Violar., — Rhœados  $\approx$  part. unam. Disp. Lipp.: Hb. Farfar., — Veronic.  $\approx$  Unc. quatuor, Rad. Liquir., — Polypodii  $\approx$  Unc. duas,

— Alth. Unc. unam, Sem. Foenic. Drachm. sex.  
Ph. Ross.: Hb. Tussilag., — Hyssopi  $\frac{aa}{aa}$  part.  
sex, Rad. Alth. part. duas, m.; vel: Hb. Ve-  
ron., — Hederae terestr., — Tussilag.  $\frac{aa}{aa}$  part.  
sex, Rad. Liquirit., Stipit. Dulcam.  $\frac{aa}{aa}$  part.  
duas.

**SPECIES PECTORALES CUM  
FRUCTIBUS.** Brustkräuter mit Früch-  
ten. *Espèces pectorales à fruits.*

Ph. Wirt.: Rec. Passul. min. mundat.  
Unc. unam, Siliquae dulc., Jujubarum aa  
Drachm. sex, Dactylor. Unc. duas, Cari-  
carum ping., Hord. mund. aa Unc. unam,  
Rad. Liquirit., Hb. Capill. Vener. aa Unc.  
semis, — Hyssopi Drachm. duas. Inc. et  
misc. Ph. Hess.: Siliquae dulcis., Jujub.  
aa Unc. tres, Dactylor. Caricar., Passul.  
minor., Hordei mund. aa Unc. quatuor,  
Rad. Liquir., Hb. Capill. Ven., — Veron.,  
— Hyssopi, Flor. Verbasci aa Unc. duas.  
Ph. Saxon. 1817. Caricar. Unc. undecim,  
Passul. minor. Unc. quatuor, Hordei mund.  
Unc. tres, Rad. Liquirit., — Alth., Hb.  
Farfarae aa Unc. duas, — Hyssopi, — Ca-  
pill. Vener. aa Unc. semis. Ph. Bavar.:  
Caricar., Siliquar. dulc., Passular. maj.,  
Dactyl., Malti Hordei aa part. unam, Rad.  
Alth., Hb. Alth. as part. duas. Dictae  
Augustanae: Passular. min. Unc. octo,  
Sebestenarum, Jujubar. as N° 60, Dactylor.,  
Caricar. aa N° 36, Hord. mund. Libr.  
unam, Rad. Liquir. Unc. quatuor, Hb. Ca-  
pill. Vener., — Hyssop. aa Unc. sex.

**SPECIES PECTORALES DNAE KOENIGS.**

Rec. Hb. Agrimon., — Betonic., — Capill.  
Ph. Lond. 1836 Acetum destillatum Ammonio carbonico saturari vult. Aceti destillati vis numeris alcalimetricis non in Codice illo est definita; si vero Acetum destillatum ex aliis Codicibus computamus, Spiritus ille MINDERERI contineat debet partes centesimas 4,58 Ammonii acetici. — Ph. Austr. 1834 Acetatem Ammoniae solutum fortiorum habet, quem saturatione Ammonii carbonici siccii cum acido acetico concentrato (pond. sp. 1,03) parari vult; hic continet Ammonii acetici partes centesimas 26,55, tum habet Spiritum MINDERERI dilutiorem, quem dilutione Unciae unius Liquoris antecedentis cum quatuor Uncis Aquae destillatae parari vult. Habet ergo quintam partem Ammonii acetici, ergo partes centesimas 5,310. — Ph. Hassiaea vult Acidi acetici sui (p. spec. 1,03) Unc. undecim cum Ammonio carbonico saturari, et totius pondus ad Uncias quadraginta octo expleri. Continet partes centes. 6,3 Ammonii acetici puri. — Ph. Amer. 1831 Acidum aceticum suum dilutum ammonio carbonico saturari vult. Part. centesimae Ammon. acet. insunt 6,41. — Ph. Batava 1805 Acetum dest. cum Ammon. saturari jubet. Part. cent. 6,478. — Ph. Hann. 1819; Slesv.-Hols. ex Ammonii carbonici Unc. tribus saturatione et dilutione ex toto fieri Unc. quadraginta octo jubet. Part. cent. Ammon. acet. 8,18. — Ph. Saxon. 1837 Liquorem Ph. Boruss. ed. 5. cum pari pondere aquae dilui vult. Part. cent. Ammonii acetici 9,6 ad 13,33. Pond. spec. 1,019 — 1,029. — Disp. Lip p. 1794 Ammonii acetici sublimati siccii (?) partem unam in aquae partibus octo solvi vult. Valor est p. cent. 11,11. — Ph. Boruss. ed. 5 et Hann. 1833 Spiritum Salis Ammoniaci causticum suum et Acetum concentratum ad neutralisationem miseric volunt. Valoris latitudo est inter 14,77 et 20,58 part. cent. Pond. spec. 1,03 — 1,04. — Ph. Gall. 1837 Acetum suum pond. spec. 1,022 cum Ammonio carbonico saturari vult. Valor est 18,46 part. cent. et pond. spec. 1,036. — Ph. Bavar. liquorem fortiorum habet, ex Aceto concentrato, qui sui ponderis dimidium Itali carbonici saturat, et Ammonio carbonico secco neutralisatione parandum, qui continet part. cent. Ammon. acetici 49,866 et pond. spec. 1,07 habet; tum dilutio rem habet. Acetatem Ammonii dilutum mixtione parum pondatum liquoris fortioris et aquae parandam, cuius ergo valor est 24,93 part. cent., et pond. spec. 1,04. — Ph. Suec. Acetum gelu concentratum cum Ammonio carbonico saturari vult; valor est p. cent. 34,7 Ammonii acetici. Tanta Codicem ergo varietas, quea non solum parum inter se differunt, sed de octupla vel decupla copia corporis salutaris fluctuant.

SPIRITUS MURIATICO-AETHEREUS vid.  
Spiritus Salis dulcis.

SPIRITUS MYRISTICAE s. Nucis moschatae. Muskatnussgeist.

Ph. Lond. 1836: Rec. Nuc. moschat. Unc. duas et semis, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. Unc. sedecim, destillent Libr. novem. Ph. Dubl., Edinab., Lond. 1824: Nuc. mosch. Unc. duas, cet. par. Ph. Gall. 1837: Nucis mosch. Libr. unam, Spir. Vini rectis. Libr. octo, destillat ad siccum ex balneo aquae.

SPIRITUS MYRISTICAE COMPOSitus  
VAN MONS.

Rec. Nuc. mosch. Drachm. duas. Cort. Citri, — Aurant., Hb. Meliss., — Menth. crisp.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. unam, Spir. Frument. Unc. octo, Aq. comm. Libr. quas, destillent Unc. decem.

SPIRITUS MYRTI PIMENTAE — vid. Spiritus Pimentae.

SPIRITUS NASTURTHII AQUATICI Ph. Sard.

Rec. Hb. Nastur. aquat., Succi Nasturtii, Aq. comm.  $\frac{aa}{aa}$  Libr. sex, Spir. Vini Libr. duas, destillat dimidium, adde Hb. Nasturt. recent. Libr. tres, denuo destillat.

SPIRITUS NEPHRITICUS DEKKERI.

Rec. Rad. Ononid., — Saxifr.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, — Glycyrrh. Unc. semis, Sang. Hirci Drachm. sex, Oculor. Cancror., Nuc. mosch., Cinnamom.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Croci Drachm. tres, Caryophyll. Drachm duas, Terebinth. Argentor. Unc. sedecim, Spir. Vini Malvatic. Libr. quinque, destillent l. a.

SPIRITUS NEPHRITICUS PARISIENSIS  
Disp. Argent.

Rec. Rad. Turbeth. Unc. duas, Mastich., Caryophyll., Nuc. mosch., Rad. Galang., Cubeb., Cinnamom.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam; Ligni Aloes Unc. semis, Terebinth Ven. Unc. tres, Mell. crud. Unc. quatuor, Pulp. Cassiae Unc. unam et semis, Granor. Berber., Baccar. Aquifolia, — Rusci, — Hederae  $\frac{aa}{aa}$ , No<sup>o</sup> sexaginta, Fruct. Cynosbat., Milleped., Flor. Lavend., — Virgaureae, — Saxifrag.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Cancror. fluviat. No<sup>o</sup> duodecim, Spir. Vini Libr. sex, digerantur tum destillent l. a.

SPIRITUS NERVINUS EXTERNUS Ph. Hamb. 1835.

Rec. Spir. coerulei Unc. quatuor, Tinct. Cantharid. conc. Unc. semis.

SPIRITUS NITRI ACIDUS vid. Acidum Nitri (p. 21).

SPIRITUS NITRI ANTICOLICUS Ph. Wirt.

Rec. Acidi Nitri crudi Libr. semis, Spir. Carminativi SYLVII Libr. unam, Essentiae carminativaes WEDELII Unc. duas Misceantur et post digestionem per triduum filtrantur.

**SPIRITUS NITRI DULCIS.**  
Bersüßer Salpetergeist. *Esprit de Nitre dulcisé.*

*Synon.:* Spiritus nitrico aethereus (Bor., Hamb., Hann., Slesv.-Hols., cet.), Aether nitricus spirituosus (Suec.), Spiritus aethereus nitratus, Spiritus nitrico-alcoholius (Batav.), Aether nitricus spirituosus, Acidum nitricum alcoholisatum (Gall.). Salpeterätherweingeist, versüße Salpetersäure. *Acide nitrique alcoolisé.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi

Uncias viginti quatuor,  
in retortam immissis et in gyrum agitatis sensim affunde

Acidi nitrici crudi fumantis  
Uncias sex.

Retortam in balneo Calcariae muriatae impone et vas excipiens tubulatum ita adapta, ut aér per commissuram penetrare nequeat. In tubulum epistomium suberinum immittit, per quod tubus vitreus bis in angulum rectum recurvus immissus est. Vas excipiens in aquam frigidam ope ligaturae immerge, et tubi vitrei crus descendens quoque in vitrum externe frigefactum immittit. His bene praeparatis, igne blando supposito destillationem institue, donec Unciae viginti fere transierint.

In destillatum, chartas exploratorias coeruleas rubre tingens, injice Natri carbonici aciduli pulverati Unciam semis vel integrum, et miscelam, interdum concutiendam, sepone, donec reactio acida cessaverit. Liquorem limpidum Sali intacto innatantem iterum refunde in retortam, hanc in balneo Aquae colloca, et vas excipiens, sicut supra praeceptum est, appone. Destillatione blanda Spiritum elice, ut in retorta nonnisi Unciae duae supersint et Aqua balnei ebulliat. Liquorem lim-

pidum prolectum in lagenulas Unciarum duarum vel trium capaces et ex toto fere replendas immitte, has epistomiis bene clade, et inversas in vase fictili colloca, aquam fontanam lagenulis circumfunde et totum serva in cella frigida. Constat ex Naphtha nitrosa, Aldehydo, Spiritu Vini et Aqua. — *Vis:* nervina, analeptica, anti-spasmatica, diuretica.

Sit liquor limpidus, in lagenulis coloris plane expers, volumina crassiora exhibens coloris laete flavi, odoris proprii grati exitantis, pomorum Borsdorffianorum odorem aliquid aemulantis; ex toto volatilis, reactionis acidae nullius vel saltem levius, ad aerem aereum denuo contrahens, aqua et Spiritu Vini solubilis, ponderis specifici 0,840 — 0,850.

*Usus:* in debilitate nervosa, spasmodis, hydrope, morbis febris inflammatione liberis.

Codices multum inter se se dispergunt de parando Spiritu Nitri dulci. De ponderum ratione consentiunt Ph. Boruss. ed 5, Suec., Saxon., Hamb. et illam formulam supra exhibitan secutae sunt, Acidum Nitri vero crudum dilutius, pond. sp. 1,3, quod Scheidewafer vulgo dicitur, proponunt, Ph. Hann., nimis sollicita, Acidum purum vult. Ph. Danica pro Acidi simple sumit Spiritus Vini rectificatissimi partes quinque, Bavaria sex, Brunsv., Palat., Wirt. octo, Lond. 1836 novem, Lond. 1824 decem. Alteras varietates omitti par est. De eo, quod additur ad acorem obtundendum, variae opiniones placuerunt. Laudantur Magnesia usta, Calcaria, Tartarus tartarisatus, Cineres clavellati, Liquor Cinerum clavell., Sal Soda cet. — Magnesia usta, in vas destillatorium quoque immissa, quod minime laudandum est, eructationes vehementes efficit, Calcaria et Cineres clavellati chemice nimis vehementer agunt, quam quae inter destillationem adesse possint. Tartarus tartarisatus ad acidum absorbendum satis commodus est, sed tardius agit, ceterum laudandus Natrum carbonicum acidulum, quod proposui, acidum cito hebescit, nec, quid in Spiritu dissolvatur, praebet. Ergo absque rectificatione agi poterit, si usui tantopere obstare licet.

SPIRITUS NITRICO-AETHEREUS vid. Spiritus Nitri dulcis.

SPIRITUS NUCIS MOSCHATAE vid. Spiritus Myristicae.

SPIRITUS OLEOSUS SYLVII vid. Liquor oleosus SYLVII (p. 526).

SPIRITUS ODORATUS vid. Aqua Coloniensis (p. 61).

#### SPIRITUS OPHTHALMICUS CHELI.

Rec. Bals. vitae Hoffm. Drachm. duas — tres, Spir. Serpill. Unc. tres — quatuor, Liq. Ammon. caust. Drachm. unam — unam semis, m.

#### SPIRITUS ODORATUS PRO FORNACE. Räuchereffenz.

Rec. Caryophyll., Cort. Cascarill., Sem. amomi, Olibanum — Unc. semis, Rad. Iridis Flor., Benzoes, Cort. Cinn. Ceylan. — Unc. unam, Nuc. mosch., Balsam. Peruv. (vel Opobals.) — Drachm. duas, Styr. liq. Drachm. sex, Vesic. Mosch. Drachm. unam (vel Moschi Gran. quinque), Ol. Bergam. Drachm. unam — de Cedro, — Lavend. — Drachm. semis, — Foenic., — Rosar. — Gutt. novem, Spir. Vini rectiss. Libr. unam.

#### SPIRITUS OPHTHALMICUS HETTE.

Digerendo obtinetur Flores Rorismarini, et Herbam Euphrasiae officinalis (Augentrost) cum Spiritu Rorismarini (Aq. Hungarica dicta). Arcanum habebatur.

#### SPIRITUS OPHTHALMICUS HIMLY.

Rec. Bals. Peruv. Gran. tria, Ol. Lavend., — Majoran., — Caryophyll., — Serpyll., — Rut., — Succin. — Gran. duo, Spirit. Vini rectiss. Unc. unam, m.

#### SPIRITUS PANIS Ph. Wirt.

Rec. Panis triticei bis cocti, optime siccatai, quantum placet. Immitiatur in frusta confractus retortae vitreae atque ex arena leui igne, per gradus aucto, destilletur. Spiritus post distillationem ab oleo separatus rectificetur.

#### SPIRITUS PIMENTAE s. Piperis Jamaicensis.

Ph. Lond. 1836: Rec. Sem. Amomi cont. Unc. duas et semis, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. Unc. sedecim, destillent Libr. novem. Ph. Dubl.: Sem. Amomi Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. q. s., dest. Libr. novem.

SPIRITUS POLYAROMATICUS vid. Balsum Fioravanti (p. 113).

SPIRITUS POTASSATUS vid. Tinctura Kalina.

SPIRITUS PULEGI Ph. Lond. sicut Spiritus Menthae paratur ex Herba Menthae Pulegii.

#### SPIRITUS PYRETHRI.

Rec. Rad. Pyrethri Libr. unam, Spir. Vini rectiss. Libr. quinque, Aq. comm. Libr. unam, dest. Libr. quinque.

#### SPIRITUS PYRETHRI COMPOSitus.

Rec. Spir. Pyrethri Unc. sedecim, Cinamomi Scrup. quatuor, Vanillae, Coriandri, Caryophyll. aa Drachm. unam, Maled., Coccionell., Croci, Sal. Ammon aa Gran. octodecim, Aq. Naph. Unc. semis, Ol. Anisi, — de Cedro aa Gutt. octodecim, — Lavendul., — Thymi, Tinct. Ambr. aa Gutt. novem, macerata per dies 14 filtra.

#### SPIRITUS RESOLVENS SCHMUCKERI.

Rec. Sal. Ammon. Unc. unam, Camphor. Unc. semis, Sapon. Venet. Drachm. sex, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere, filtra.

#### SPIRITUS RIBIUM NIGRORUM VAN MONS.

Rec. Bacc. Ribium nigr. part. duas, contritas fermentationi in loco tepido subjice, adde Fol. Ribium nigror. quartam partem, Spir. Vini rect. part. unam et semis, Aq. comm. part. duodecim, destillatione partes tres elice.

#### SPIRITUS RORISMARINI, Alcohol Rorismarini. Rosmaringeist.

*Esprit de Romarin.*

Rec. Hb. Rorismar. cum floribus sicc. Libr. quatuor, Aq. comm. totidem vel q. s. ut empyreuma evitetur, destillent Libr. quatuor. *Vis:* nervina, analeptica. *Usus:* in lipothymia.

Codicum varietas sicut in Spiritu Lavendulae. Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hass., Oldenb., Polon., Suec. eandem formulam habent. Ph. Fenn. Hb. Rorismar. Libr. duas cet. par. Ph. Austr. 1834 Hb. Rorismar. Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor et semis, Aq. comm. Libr. sex, prodeant Libr. quatuor. Ph. Hamb. 1835: Ol. Rorismar. Drachm. unam et semis, Spir. Vini rectiss. Unc. octo. Ph. Saxon. 1837: Ol. Rorismar. Scrup. duos, Spir. Vini rectiss. Unc. sex, Aq. dest. q. s. ut pond. spec. sit 0,885 — 0,895. Ph. Lond. 1836: Ol. Rorismar. Drachm decem, Spirit. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. Unc. viinti, destillent Libr. novem. Ph. Gall. 1837 etc. sicut in Spiritu Lavendulae.

SPIRITUS RORISMARINI ACETATUS, Spiritus vulnerarius acidus vel aromaticus acetatus.

Ph. Suec.: Spir. Rorismar. comp. Libr. duas, Aceti Vini Libr. unam.

SPIRITUS RORISMARINI COMPOSITUS vid. Aqua hungarica (p. 69).

#### SPIRITUS ROSARUM.

HENRY-GUIBOURT: Rec. Flor. Rosar. pallid., Spir. Vini rectiss. aa Libr. decem, conquassata macera, tum destillent Libr. decem. Ph. Bor. ed. 5: Ol. Rosar. Scrup. unum, Spir. Vini Gall. fort. Unc. sex.

#### SPIRITUS ROSARUM PER FERMENTATIONEM Ph. Wirt., Palat.

Rec. Flor. Rosar., in mortario contusarum,

Libr. duodecim, Sacch. albi Libr. duas, Fermenti panis Libr. semis, Aq. font. tepid. Libr. triginta. Stent in vase ligneo, donec fermentata odorem vinosum spirent, destillentur postea ex vesica, et spiritus rectificetur.

#### SPIRITUS RUBI IDAEI.

**HENRY-GUIBOURT:** Rec. Bacc. Rubi Idaei contusar. Libr. sex, Spir. Vini rectiss. Libr. duas, destillent Libr. duae.

#### SPIRITUS SABINAE.

**Ph. Hann.** 1819: Rec. Hb. Sabinae Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. **Ph. Hamb.** 1835: Ol. Sabinae Drachm. unam et semis Spir. Vini rectiss. Unc. octo, solve.

#### SPIRITUS SALIS ACIDUS = Acidum Salis.

### SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS. Anisöhlhaltiger Salmiafgeist. *Esprit de Sel Ammoniac anisé.*

*Synon.:* Liquor Ammonii anisatus, Alcohol Ammoniae anisatum, Alcali volatile anisatum, Lixivium ammoniacale anisatum. Flüchtiger Anisgeist. *Alcool ammoniacal anisé.*

**Rec.** Spiritus Vini rectificatissimi  
Uncias duodecim,  
Olei Anisi Unciam dimidiad, solutis adde  
Spiritus Salis Ammoniaci caustici Uncias tres,  
serva in vitro bene clauso. —  
**Vis:** incitans, incidens, bechica.

Sit liquor limpidus, flavescens, odore Ammonii et Olei Anisi insignis, ex toto volatilis, ponderis spec. 0,875—0,885.

**Usus:** in atonia atque paralysi pulmonum.

Hanc formulam **Ph. Bavar.**, Belg., Bor. ed. 3, **Hann.**, **Hamb.** 1835, **Edinb.**, **Polon.**, **Slesv.-Hols.** habent. **Ph. Bor.** ed. 5. et **Saxon.** 1827. Ol. Anisi Drachm. tres habent, cet. par. **Ph. Wirt.**: Sal. Ammon. Unc. sex, Cinerum clavell. Libr. unam, Sem. Anisi Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, destillent Libr. due et semis. **Ph. Hass.** 1827: Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. octo, Ol. Anisi Drachm. duas. **Disp. Lipp.** Ol. Anisi Drachm. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. duas, Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. sex.

#### SPIRITUS SALIS AMMONIACI AQUOSUS vid. Liquor Ammonii carbon. aquosus (p. 516).

**SPIRITUS SALIS AMMONIACI AROMATICUS.** Spiritus Ammoniae aromaticus, Alcoolatum aromaticum ammoniacale (Gall.), Alcohol ammoniatum aromaticum (Amer., Edinb.), Tinctura ammoniata aromatica, Guttae Salis volatilis. Gewürzhafter Salzmaifgeist. *Alcoolat aromatique ammoniacal*, *Esprit volatil aromatique huileux de Sylvius*, *Tincture aromatique ammoniacée*, *Esprit aromatique ammoniacal*.

**Ph. Wirt.** sec. Disp. Edinb. *vetus*: Rec. Rad. Angelic., — Galang., Hb. Majoran., — Rorismar., Cort. Aurant., — Citri, — Cinnamomi as Drachm. sex, Caryophyll., Nucis mosch., Macidis as Drachm. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, digestis per triduum adde Cinerum clavell. Sal. Ammon. as Unc. quatuor, destillent ad siccum. — **Ph. Gall.** 1818, 1837: Cort. Aurant. recent.: — Citri recent. as Drachm. sex, Vanill. Drachm. duas, Caryophyll. Drachm. semis, Cort. Cinnam. Drachm. unam, Sal. Ammon. Unc. quatuor, contusis et in retortam vitream immisssis affunde Aq. Cinnamom. simpl., Spir. Vini rect. as Unc. quatuor, digestis per triduum adde Ciner. clavell. depur. Unc. quatuor, destillent leni igne Unc. quatuor. — **Ph. Lond.** 1836: Sal. Ammon. Unc. quinque, Ciner. clavell. depur. Unc. octo, Cinnamom., Caryophyll. as Drachm. duas, Cort. Citri Unc. quatuor, Spir. Vini rect., Aq. comm. as Libr. quinque et Unc. quatuor, destillent Libr. octo. — **Ph. Palat.**, Belg.: Cort. Citri rec. Unc. unam et semis, — Cinnamom., Nuc. moschat., Caryophyll. as Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. unam, Ciner. clavell. depur. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, post macerat dierum duorum destillent Unc. quatuordecim. — **Ph. Amstel.**: Cort. Aurant., — Citri as Unc. duas, — Cinnamom. Unc. unam et semis, Macid., Nuc. moschat. as Drachm. sex, Caryophyll. aromat. Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. tres, Ciner. clavell. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. sex, post duorum dierum macerationem destillent Libr. tres et semis. **VAN MONSHI** formulas praeteremamus. Formulas **Ph. Hann.** 1819, **Edinb.**, **Dubl.**, **Lusit.**, **Saxon.** vid. voce Liquor oleosus *Sylvii* (p. 526), cum quo, quod mixtione, Spiritus noster aromaticus multum congruit. Confer quoque Sal volatile oleosum (p. 722). (In destillatione primum Sal Alcali volatile i. e. Ammonium carbonicum emergit, atque retortae collum, nisi satis capax est, obstruit. Spiritu exposit prodeunte magna Salis sublimatis redissolvitur, quamquam non semper tota. Spiritus lucis aditu cito colore induit, quare servetur in lagenulis bene repletis et epistomis vitreis bene munitis, et charta nigra involutis. Nonnisi parvae copiae praeparatae praesto sint. **Vis:** nervina, diaphoretica, carminativa.

**SPIRITUS SALIS AMMONIACI CAUSTICUS.** Salmiaggeist. *Esprit de Sel Ammoniac.*

*Synon.:* Liquor Ammonii causticus, Ammonia pura liquida, Ammonia Aqua soluta, Ammoniacum causticum, Aqua Ammoniae causticae, Lixivium ammoniacale, Spiritus Salis Ammoniaci cum Calce viva, *Neg ammoniumflüssigkeit*, *Wässriger Salmiaggeist*. *Ammoniaque liquide*, *Atcali volatil.*

Rec. Calcariae ustae Libras sex, adsperge Aquae communis Libras duas ut in pulverem subtilissimum fatiscat; seorsum recipere

Salis Ammoniaci Libras sex, in pulverem contunde et pulveres ambos citissime atque intime commisce, tum in vas idoneum e ferro fuso confectum conjice, Aquam communem caute adsperge et baculo ligneo assidue exagita, donec massa grumosa conglobari coepit. Vasi ferreo destillatorio exemplo operculum adapta, ex quo tubus plumbeus in lagenam vitream, Librarum sex fere capacem, transducatur. In hac lagena insint Lactis calcarei Unciae circiter sex. Ex hac lagenā tubus vitreus bis in angulum rectum recurvus in lagenam alteram, Librarum viginti quatuor Aquae capacem, transeat; huic insint Aquae destillatae Librae duodecim; aqua frigida circumdata inter operationem totam bene refrigeretur. Vasi destillatorio et lagenae intermediae adaptentur quoque tubi securitatis dicti, quibus praecavetur, ne liquidum e vase altero in alterum transcendat.

Igne levi operatio incipiatur, ut bullae gaseae in excipula transcant, in quibus strepitu quodam

peculiari condensantur. Igne sensim caute aucto operatio pergaatur, donec sub finem fundus vasis ferrei fere rubescat. Lagenā intermedia non refrigeretur. Cavendum, ut commissurae gas bene coercent, quod baculo vitro Acidō muriatico humectato exploratur; nebulae scilicet exoriuntur circum baculum, ubi gas ammoniacum clam emergit. Liquori in lagenā ultima contento Aquae destillatae tantum addatur, ut ejus pondus Libras duodeviginti, ponderis Salis Ammoniaci triplum scilicet, efficiat. — *Vis:* antacida, excitans, diaphoretica; externe rubefaciens.

Sit liquor limpidus, decolor, ex toto volatilis, odoris fortissimi ammoniacalis ab empyreumate liberi, Aqua Calcariae affusa non turbetur, nec Ammonio carbonico, nec Ammonio hydrothionico coloretur, sit ponderis specifici 0,96.

*Usus:* externus pro linimento volatili, internus in soda, tum pharmaceuticus.

Codices de virtute atque valore Spiritus Salis Ammoniaci passim discrepant. De variis parandi methodis nil amplius afferamus, quam ut exhortemur, ne nimia aquae copia miscelae admisceatur; quod si fit, nulla vel extrema cura evitari potest, ne miscela in vasa ulteriora transmigret, et totius producti jactura fiat. In justa aquae addendae copia invenienda nodus haeret; si minor est, decompositio difficulter atque imperfecte efficitur, si major, miscela intumescit et vasa imo capacissima replentur. Calcariae major copia non nocet, sed prescripta sufficit. Lutum argillaceum cum Oleo lini vel ex farina seminis lini cum aqua paratum pro claudendis foraminibus et commissuris inservit.

Salis Ammoniaci adhibiti pondus triplum obtineri volunt Ph. Bavar., Boruss. ed. 5, Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Polon., Saxon., Slesv.-Hols. Hi codices idem quoque pond. spec. = 0,96 statuant, inter quos alii nimiam ponderis specifici latitudinem admittunt inter 0,96 et 0,97, quibus numeris discriminē de tribus partibus centesimis Ammoniaci conceditur, quod dimidium fere totius copiae Ammoniaci contenti efficiunt, ergo singulam vel duplex copiam Ammoniaci concedunt. Ph. Gall. 1837 pond. spec. 0,925. Ph.

## 762 SPIRITUS SALIS AMMON. — SPIRITUS SALIS DULCIS

Lond. 1836: productum sit sesquialterum ponderis Salis Ammoniaci adhibiti. Ph. Dubl. pond. spec. 0,936 et productum sit  $\frac{1}{2}$  Salis Ammoniaci adhibiti. Ph. Fenn. pond. spec. 0,94, Ph. Suec. 0,9166, Ph. Amer. 0,914, Ph. Austr. 0,910.

Denique tabulam Davianam adjungamus ex qua pondus specificum in valorem verum computari potest.

Pondus specificum	Partes centesimae Ammoniaci anhydri
0,8720	32,50
0,8875	29,25
0,9000	26,00
0,9054	25,37
0,9166	22,07
0,9255	19,54
0,9326	17,32
0,9385	15,88
0,9435	14,53
0,9476	13,46
0,9513	12,40
0,9545	11,56
0,9597	10,82
0,9619	10,17
0,9619	9,60
0,9692	9,50
0,9639	9,09
0,9713	7,17

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CINERIBUS CLAVELLATIS vid. Liquor Ammonii carbonici (p. 5:6).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI DULCIFICATUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci vinosus.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI FOENICULATUS paratur sicut Spiritus Salis Ammoniaci anisatus in locum Olei Anisi Oleum Foeniculi substituendo.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI FOETIDUS s. Alcohol ammoniatum foetidum Ph. Edinb., s. Tinctura Asae foetidae Ammoniata Ph. Hann., s. Spiritus volatilis foetidus. Stinkender Salmiafgeist.

Ph. Hann.: Rec. Asae foetid. Unc. quatuor, Spir. Salis Ammon. vinos. Unc. sedecim; frigida digestione solve. Haec formula caeteris longe anteponenda, quae destillationem institui non jubeat. Ph. Lond.: Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. tringinta duas, Asae foetid. Unc. duas; ex maceratis destillent Libr. dueae. Ph. Edinb., Genev.: Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. octo, Asae foetid. Unc. semis, destillent Unc. octo. Ph. Dubl.: Spir. Sal. Ammon. vinos. Libr. duas, Asae foetid. Drachm. decem; destillent Libr. una et semis. GRAY: Sal. Ammon. Libr. unam, Ciner. clavell. Libr. duas, Asae foetid. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. decem, Aq. q.s. ut destillent Libr. duodecim.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI LACTeus vid. Aqua Luciae (p. 75).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS vid. Liquor Cornu Cervi succinatus (p. 522) et Aqua Luciae (p. 75).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SULPHURATUS = Liquor fumans BOYLEI (p. 523).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI TARTARATUS vid. Liquor Ammonii carbonici (p. 5:6).

**SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOUS.** Weiniger Salmiafgeist. *Esprit de Sel Ammoniac vineux.*

*Synon.:* Liquor Ammonii vinosus, Alcohol Ammoniaci, Lixivium ammoniacale vinosum, Alcali Ammoniacum spirituosum. Weiniger Salmiafgeist. *Alcohol ammoniaci, ammoniacat, Esprit vineux de corne de cerf.*

Rec. Spiritus Salis Ammoniaci caustici Unciam unam, Spiritus Vini rectificatissimi Uncias duas, misce. — *Vis:* incidens, diuretica, externe discutiens.

Sit liquor limpidus, coloris expers, odoris penetrantis volatilis, ex toto volatilis, ponderis spec. 0,900 — 0,910.

*Usus:* in morbis atonicis, paralysi.

Plurimi Codices in hac formula consentiunt, scilicet Ph. Bav., Boruss. ed. 5, Genev., Hass., Hann., Hamb., Saxon., Oldenb., Polon., Saxon., Slesv.-Hols., Suec.

SPIRITUS SALIS COAGULATUS est Sal febrifugum SYLVII (Kali muriaticum).

**SPIRITUS SALIS DULCIS.** Versüßter Salzgeist. *Esprit de sel dulcifié.*

*Synon.:* Spiritus muriatico-aethereus (Bor., Slesv.-Hols., cet.), Alcohol muriaticus aethereus, Aether muriaticus alcoholisatus (Gall. 18:8), Aether hydrochloricus alcoholicus. Weiniger Salzäther. *Ether muriatique alcoolisé.*

Rec. Salis communis exsiccati Uncias sedecim, Magnesiae Vitriariorum pulveratae Uncias sex; intime mixta in cucurbitam vitream ingere et superfunde Olei Vitrioli Uncias duodecim caute antea cum

Spiritus Vini rectificatissimi  
Uncii quadraginta octo  
mixtas. Cucurbitae adapta epi-  
stomium suberinum probum, per  
quod tubus vitreus oblique fun-  
dum versus reflexus transmissus  
fuerit. Hujus extremo appone ex-  
cipulum quodvis aptum, aqua fri-  
gida (vel glacie, si praesto est)  
externe frigefaciendum. Junctu-  
ras tubi et excipuli epistomio per-  
forato parum obstrue nec tamen  
hermetice claudere. Instituatur de-  
stillatio lento igne ex balneo Cal-  
cariæ muriaticæ (vel arenae) de-  
stillent Librae tres. Productum  
supra

Magnesiae ustæ Uncia una  
destillatione rectifica. In vitris  
parvis plane repletis, bene ob-  
turatis serva. — *Vis*: nervina,  
analeptica, diuretica.

Sit liquor limpidus, coloris expers,  
odoris proprii spirituoso-aetherei, sa-  
poris similis aromatici, pond. sp. 0,830  
— 0,840, colorem chartae coeruleae  
exploratoriaæ ne permute, cum aqua  
destillata mixtus affuso liquore argenti  
nitrii ne turbetur.

*Usus*: in debilitate nervosa, spasmis.  
Omnes Codices Germaniae scilicet Bor. ed.  
5, Hamb., Hann., Hass., Oldenb.,  
Slesv.-Hols. præterea Polon., Fenn.  
recepunt. Ph. Bavar.: Spir. Vini Unc.  
quadraginta, cet. par. — Ph. Wirt.: Mag-  
nesiae Vitriior. Unc. duas, Sal. comm. Unc.  
quatuor, Ol. Vitrioli Unc. tres, Spir. Vini  
rectts. Libr. unam.

SPIRITUS SALIS MARINI DEPHLOGISTI-  
CATUS vid. Aqua Chlori (p. 57).

#### SPIRITUS SALVIAE.

Ph. Ferrar.: Hb. Salviae Libr. unam et  
semis, Spir. Vini rect. Libr. octo, destillent  
Libr. sex.

#### SPIRITUS SAMBUCI s. Florum Sambuci.

Ph. Wirt., Palat., Brunsv.: Rec.  
Flor. Sambuci part. unam, Spir. Vini rect.  
part. quatuor, destillent totius dimidium.

**SPIRITUS SAPONATUS.**  
*Seifenspiritus. Esprit savoné.*

*Synon.*: Spiritus Saponis, Tinetura s.  
Solutio Saponis, Linimentum saponaceum,  
Solutio Saponis alcoholica.

Rec. Saponis Veneti albi Libram  
unam,

Spiritus Vini rectificati Li-  
bras tres,

Aqua Rosarum Libram  
unam,

solve digerendo et filtra. —

*Vis*: resolvens, discutiens.

Sit liquor limpidus, coloris flaves-  
centis, odoris rosarum.

*Usus*: ad contusiones, perniones.

Codices Germanici omnes sere in hac for-  
mula consentiunt. Ph. Bor. castr. Aquam  
destillatam pro Aqua Rosarum sumit. Ph.  
Bavar. Saponis part. unam, Spir. Vini rect.  
part. quatuor.

**SPIRITUS SAPONATUS CAMPHORATUS**  
= Balsamum Opodeldoc.

**SPIRITUS SAPONATUS COMPOSITUS** =  
Balsamum Vitæ externum.

**SPIRITUS SATURNI** = Acetum radicale.

**SPIRITUS SERPYLLI.** Quendel-  
geist. *Esprit de Serpolet.*

Rec. Hb. florentis Serpylli part. unam,  
Spir. Vini rect. Libr. quatuor, Aq. comm.  
q. s., destillent Libr. quatuor. — Ph.  
Boruss. ed. 5, Brunsv., Hann., Hamb.,  
Hass., Pal., Polon., Saxon., Slesv.-  
Hols., Wirt. consentiunt de formula illa.  
Ph. Austr.: Hb. Serpylli part. unam, Spir.  
Vini part. quatuor et semis, Aq. comm. part.  
sex, destillent Libr. quatuor.

**SPIRITUS SUAVEOLENS PRO SUFFITU.**

Rec. Ol. de Cedro, — Bergamott., — La-  
vendul.  $\frac{1}{2}$  Drachm. unam, Naphth. Aceti Unc.  
semis.

**SPIRITUS SUCCINATIS AMMO-  
NIAE** vid. Liquor Cornu Cervi succinatus  
(p. 522).

**SPIRITUS SULPHURICO-AETHE-  
REUS** vid. Liquor anodynus mineralis  
HOFFMANNI (p. 518).

**SPIRITUS SULPHURICO - AETHEREUS**  
**CAMPHORATUS** vid. Naphtha Vitrioli cam-  
phorata (p. 581).

**SPIRITUS SULPHURIS BEGUINI** = Liquor  
fumans BOYLEI (p. 523).

**SPIRITUS SULPHURIS PER CAMPANAM**  
est nomen antiquum. Acidi sulphurici diluti,  
methodo satis inepta atque incerta obtenti.

SPIRITUS TARTARI et SPIRITUS TARTARI RECTIFICATUS vid. Liquor pyrotartaricus (p. 527).

SPIRITUS TEREBINTHINAE COMPOSITUS vid. Balsamum FIORAVENTI (p. 113).

SPIRITUS THERIACALIS = Spiritus Angelicae compositus.

SPIRITUS THYMI. Τημιανγεῖτ. *Esprit de Thym commun.*

Sicut Spiritus Serpylli ex Herba florente Thymi vulgaris.

SPIRITUS TRAUMATICUS vid. Aqua vulneraria (p. 97).

SPIRITUS DE TRIBUS — Mixtura simplex.

SPIRITUS TRIFOLII FIBRINI.

Ph. Wirt.: Rec. Hb. Trifol. fibr. recent. part. sex, Spir. Vini rect. part. quatuor, Aq. comm. part. unam, destill. pars una et dimid.

SPIRITUS UNGULAE ALCIS s. URINAE = Spiritus Cornu Cervi.

SPIRITUS VANILLAE.

Rec. Vanillae Unc. sex, Ciner. clavell. Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. sex, Aq. Libr. sex, destillent Libr. sex.

SPIRITUS VANILLAE ET PYRETHRI COMPOSITUS HENRY-GUIBOURT. *Eau pour la bouche, ou Esprit de Pyréthre composé.*

Ree. Cinnamom. Drachm. unam et Gran. viginti, Sem. Coriand., Vanill. aa Drachm. unam, Caryophyll., Macid., Coccionell., Croci, Sal. Ammon. aa Gran. undecim, Spir. Pyrethri Unc. viginti octo. Macera per dies 15, adde Aq. Naph. Drachm. quatuor, Ol. Anis., — Citr. aa Gutt. octodecim, — Lavendul., — Thym., Tinct. Ambr. gris. aa Gutt. novem, et filtra.

SPIRITUS VINI ABSOLUTUS.

Absoluter Alkohol. *Alcohol pur.*

Rec. Calcis salitae in crucibulo Hassiaco calore rubicundo fusae, in laminam ferream effusae, et in frustula majora diffractae Libram unam, Spiritus Vini rectificatissimi (vel rectius alcoholisati) Libras duas, in lagena idonea misce, et per aliquot dies interdum conœtienda, donec frustula Calcis salita soluta atque dilapsa fuerint, liquorum saturatum syrupiformem in retortam vitream immitte, in qua frustulorum Calcis salitae fusae dimidium quod erat pondus Spiritus adhibiti insit. Retortam in balneo arenae colloca et blanda destillatione tamdiu Spiritum elice, quamdui pondus specificum 0,795 monstraverit. Unciam unam vel duas primum prodeentes separatum collige, et reliquum quoque vasis recipientibus mutatis fractum excipe. Nonnunquam destillationes duae repetendae exiguntur.

Est liquor limpidus, decolor, volatilis, mobilissimus, ebulliens ad gradus 62,5 Therm. Reaumuriani, pond. spec. 0,7947 ad pondus 12,5 Therm. Reaum., facile inflammabilis. Usus medicus nullus, sed chemicus tantum.

SPIRITUS VINI ALCOHOLISATUS s. tartarisatus. Alkoholirter Wein-geist. *Esprit de Vin alcoolisé, Alcool à quarante degrés.*

Spiritus Vini rectificatissimus repetitis vicibus cum Cineribus clavellatis bene siccis (vel melius in sartagine ferrea fusa antea forti igne, nec tamen calore rubro, exsiccandis) in vase bene obturato conquesetur et per aliquot dies cum istis seponatur, quamdui Cineres clavellati made-fiunt. Liquor supernatans in vas destillatorium (retortam vel vesicam) effundatur, et blanda destillatione trientes duea eliciantur. Quod serius prodit separatim colligatur et pro pondere suo specifico compitetur. Cineres clavellati iterum desiccentur.

Sit liquor qualitatum eandarum, sicut Spiritus Vini absolutus, sed ponderis specifici 0,820—0,810 ad gradus 12,5 Therm. Reaum., quod respondet 94 ad 96 partibus centesimis Voluminis Alcoholis, ad methodum TRAELESII computatum. Ph. Gall. 1837 Spiritus Vini rectificatissimi (89,6 part. cent.) Libr. quatuor, Terra foliatae Tartari siecae Libr. unam per horas 24 maccari tum ex balneo aquae destillare jubet. Pond. spec. 0,827—0,818 (91½ — 94½ part. cent.).

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS vid. Spiritus camphoratus.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS CROCATUS vid. Aqua pestilentia HARTMANNI (p. 85).

SPIRITUS VINI RECTIFICATISSIMUS. Höchstrectificirter Weingeist. *Alcool rectifié.*

Synon.: Alcohol depuratum, Alcohol Vini.

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi venalis q. v., immittit in vas destillatorium idoneum, et cauta destillatione trientes duas elice. Quod serius transit separatim collige et pro pondere suo specifico utere.

Sit liquor limpidus, coloris expers, ex toto volatilis, odoris puri spirituosi, inter manus fricatus et exhalatus non odorem ingratum olei fermentationis (Fuselöl) relinquat.

Pond. spec. 0,843 — 0,833 quod partibus centesimis voluminis TRALLESII 87 ad 90 respondet.

*Usus:* pro parandis Tincturis, Spiritibus, Solutionibus spirituosis.

Spiritus Vini rectificatissimus in commercio satis purus obvenit, ut in rem medicam possit introduci, si de qualitatibus suis rite exploratus fuerit. Oculorum indicio disces, num e dolio ligneo colorem attraxerit, chartis exploratoriis num acescat, araeometro num justam densitatem habeat, evaporatione in patina num corporibus fixis inquinatus fuerit. Quibus desiderii si satisfiet, Spiritus emalis medicinalis haberi poterit. Si distillationem ex Spiritu Frumenti incipere debes, quod quidem melius in officinis propriis destillatorii fit, repetitis egetur destillationibus, vel cinerum clavellatorum usu. Habebis pondus specificum, rite exploratum, proximmo indicio virtutis. Oleum fermentationis optime Pulvere grossiusculo carbonis lignorum recens usci et digestione per aliquot dies, decanthatione et distillatione tollitur. Hoc corpore Oleum illud simpli citer aufertur, nec in odorem alium mutatur, sicut corporibus chemicis oxydantibus e. g. Calcaria chlorosa, Acido sulphurico, — nitrico, cet. Pro pondera spec. Codices passim discrepant, Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols. sistit 0,845 — 0,835 (85 — 89½ p. cent.), Hann., Hamb. 0,841 (87½ p. cent.), Hass. 1827. 0,850 (84½ p. cent.), Ph. Austr. 0,830 (91 p. cent.), Bat., Belg. 0,828 (91½ p. cent.).

### SPIRITUS VINI RECTIFICATUS. Rectificirter Weingeist.

*Esprit de Vin rectifié.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi partes septendecim,

Aquae destillatae partes septem,

misce.

Sit ponderis specifici 0,905 — 0,895 quod Spiritus Vini absoluti partibus centesimis voluminis respondet 63 ad 67½. Ceterum qualitates chemicas Spiritus Vini rectificatissimi habeat.

Si pro ratione oeconomica convenit, Spiritus Vini rectificatus ex Spiritu Frumenti (ex Cerealibus vel Bulbis Solani tuberosi obtenti) praeparatur. Hunc in finem Spiritus frumenti cum pulvere grossiusculo carbonis lignorum recens usci per aliquot dies mixtus agitetur interdum, tum decantetur in vas destillatorium et destillet quamdiu justum pondus spec. observatur. Carbonis copia sufficiens ad olfactus arbitri-

trium aestimatur. Spiritus nondum rectificatus inter manus fricatus odorem nauseosum Olei fermentationis non amplius monstrat.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS = Spiritus Vini alcoholisatus.

SPIRITUS VIPERARUM = Spiritus Cornu Cervi.

SPIRITUS VIRIDIS AERIS = Acetum concentratum.

### SPIRITUS VITRIOLI. Verdünnte Schwefelsäure. Acide sulphurique etendu.

*Synon.:* Acidum sulphuricum dilutum, Acidum Vitrioli dilutum, Spiritus Vitrioli tenuis s. acidus.

Rec. Aquae destillatae Uncias quinque,

in gyrum agitatis sensim instilla

Olei Vitrioli rectificati Unciam unam,

cavens ne liquidum nimis cito incalescat. — *Vis:* antiseptica, adstringens

Sit liquor limpidus, coloris expers, pond. spec. 1,110 — 1,120, e crucibulo platino calore totus avolet, aqua protinus dilutum neque cum aqua hydrothionica, neque Spiritu Salis Ammoniaci caustico solo vel cum priore addito colorem induat vel praecepitum gignat.

*Usus:* in febribus putridis, haemorrhagiis.

Plurimae Pharmacopoeae in hac formula convenient scilicet Bör. ed. 5 et cast., Bavar., Belg., Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Parm., Polon., Saxon., Slesv.-Hols. — Olei Vitrioli part. unam, Aquae dest. part. sex habent Ph. Austr., Bat., Dan. (p. spec. 1,09). Ph. Amer., Dubl., Edinb. Acidi unum, Aquae septem partes. Ph. Amstel., Fenn., Hisp., Ross., Suec. Acidi unam, Aquae octo partes. Ph. Lond. 1836 Acidi Unc. unam et semis mensurae. Ph. Lusit. Acidi unam, Aquae viginti quatuor partes.

SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS = Arcanum duplicatum.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS = Liquor anodynus.

SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS est Acidum Salis incerta ratione dilutum.

SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS OLEO SUS vid. Liquor oleosus SYLVII et Spiritus Salis Ammoniaci aromaticus.

SPIRITUS VOLATILIS CAUSTICUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci causticus.

SPIRITUS VULNERARIUS Ph. Gall. 1837. Geistiges Wundwasser. Alcoolat vulneraire.

Rec. Hb. recent. Basilic., — Calamint., — Hyssop., — Origani, — Meliss., — Menth. pip. aa Unc. unam, — Origani vulg., — Rorismar., — Saturejae, — Salviae, — Serpyll., — Thymi, — Absinth., — Angelic., — Foeniculi, — Rutae, — Hyperici, — Lavendul. aa Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, macerentur per dies sex, tum destillent Unciae triginta duae.

SPODIUM = Ebur ustum nigrum.

SPONGIAE CERATAE, Spongiae praeparatae s. compressae cum Cera. Wachschwämme, Preßschwämme. Eponges préparées à la cire.

Rec. Spongiae marinae, contextus tenuis, tenues ipsae, a lapillis ope mallei lignei bene mundatae, lotae et iterum exsiccatae Ceræ flavæ liquefactæ immergantur quantum aëris bullæ exeat, exemptæ inter laminas stanneas, ope aquæ ferventes calcifactas, comprimantur, compressæ teneantur donec refrixerint, tum in laciniæ longiores angustas dissectæ vel integræ serventur. — Usus: in dilatandis vulneribus ac meatibus naturalibus. Omnes Codices hac in re convenientur.

SPONGIAE COMBUSTAE vid. Spongiae tostæ.

SPONGIAE PRAEPARATAE. Zubereitete Schwämme. Eponges préparées.

Spongiae marinae contextus tenuis in trunco ligneo ope mallei lignei a lapillis et conchis liberatae aqua tepida per horas viginti quatuor immergantur, tum caute laventur, hæ operations bis adhuc repeatantur, tum spongiae singulae humidae adhuc funiculo cannabinio tali modo constringantur, ut inter singulos gyros locus non detur; quum totæ funiculo colligatae fuerint, nodulo facile solubile hunc stringa et Spongias exsiccata.

SPONGIAE TOSTAE. Gebrannte Schwämme. Charbon d'Eponges.

Synon.: Spongiae combustæ s. calcinatae, Carbo Spongiae, Pulvis Spongiae ustæ. Schwammföhlen, geröstete Schwämme. Eponges calcinées.

Rec. Fragmentorum Spongiae marinæ non lotorum quantum luet, immitte in sartaginem fer-

ream fusam amplam planam et humilem, operculo ferreo obiectam leni igne ure, interdum operculum subleva et spongias circumagita, donec portiunctula exenta in pulverem conteri queat Sartaginem ab igne remove, obiectam refrigerandam sepone, tum carbonem contere et per cibrum trajice. — Vis: antistrumalis, diuretica.

Sit pulvis e fusco niger, splendoris non graphitici, qui nimiam tostionem prodit, ignitus imo fumum edere licet, odoris empyreumatici.

Usus: in struma et serophilis.

Ad tostionem Spongiarum calore opus est longo nec vehementer, ut aequabiliter nec nimium urantur, quo salia scilicet solubilia in fumos abiguntur. Ne inter ustionem Spongiae in cineres vertantur, operculo bene apto evitabis et calore rite moderato.

SPUMA MARTIS = Tartarus chalybeatus.

STANNAS AURI = Purpura CASSII.

STANNUM LIMATUM vid. Stannum rasatum.

STANNUM MURIATICUM, Chloratum Stanni, Murias Stanni. Zinnchlorür, salzsaures Zinnoxydul. Muriate d'étain, protochlorure d'étain.

Rec. Stanni purissimi liquati in virgam salicinam subter aquæ superficiem fusi et communiti q. vis. dissolve in Acidì muriatici erudi concentrati s. q. caloris ope, cavens ut aliquantulum intactum remaneat. Evaporatione crystallisationem adjuva. Vasis plumbeis uti licet. Liquorem residuum iterum cum Stanno coque et novam crystallorum copiam compara. Sal Stanni quod dicitur in mercatura obvenit, quia in officinis tintoriis adhibetur. Hoc ubique, si copia erit, uti licet.

STANNUM OXYDATUM = Cinis Stanni.

STANNUM PULVERATUM. Zinnpulver. Poudre d'étain.

Ph. Gall. 1837: Rec. Stanni puri de Banca dicti q. v., funde leni calore in cochleari ferreo, tum effunde in mortarium ante calefactum, tritura ope pistilli obtusi calidi usque tum solidefactum fuerit. Pulverem subtiliorem cribri ope a giebulis crassioribus separa, residuum simili operationi subjice donec pulveris justam copiam obtinueris. Est pulvis subgriseus, acido muriatico ex toto solubilis cum effervescentia. Siccum servetur.

STANNUM RASPATUM s. limatum, Pulvis Stanni, Limatura Stanni. *Ge-  
raspeltēs Zinn, Zinndeile. Limaille d'étain.*

Stannum purum dictum de Banca ope limae grossioris in scobem redige, hanc per crum metallicum justae texturæ trajice, ut particulas nimis grossas separe.

STANNUM SULPHURATUM = Aurum mosaicum (p. 104).

STIBIIS POTASSAE = Antimonium diaforeticum (p. 36).

STIBIUM = Antimonium.

STIBIUM MURIATICUM LIQUIDUM vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

STIBIUM OXYDATUM ALBUM = Antimonium diaforeticum (p. 36).

STIBIUM OXYDULATUM FUSCUM = Crocus Metallorum (p. 210).

STIBIUM OXYDULATUM GRISEUM = Antimonium oxydulatum (p. 37).

STIBIUM SUBSULPHURICUM vid. Antimonium subsulphuricum (p. 38).

STIBIUM SULPHURATUM PRAEPARA-TUM vid. Antimonium crudum praeparatum (p. 36).

STILLICIDIUM AROMATICUM PLENCKII.

Rec. Spec. aromat. Unc. sex, Baccar. Lauri, — Juniperi aa Unc. duas, Aq. comm. Libr. quatuor, coque, colatura adde Sal Ammon. Unc. quatuor, Spir. Juniperi Libr. unam.

STRAMONIINUM vidi Daturium (p. 213).

† STRYCHNINUM. *Strychnin. Strych-*  
*nine.*

Rec. Nucum vomicarum pulveratarum q. v., in vesicam immissis affunde miscellam parium voluminum Spiritus Vini rectificissimi et Aquae communis, ut Nuces vomicae plane immergantur, tum, imposito alembico, coque per horam, Spiritum destillatum massae redde, et hanc ad refrigerium sibi derelinque. Post refrigerium cola cum expressione. Decoctionem et colationem bis adhuc repeate. Liquores elicitos repone, ut subsidant quisquiae, limpidos in vesicam mundam remitte, quidquid turbidum remanserit, filtra et quoque in vesicam immitte. Tum lenta distillatione Spiritum evoca. Liquorem ex vesica effunde, vesicam aqua destillata pauca lava et hanc aquam liquori admisce. His sensim admisce Liquorem Kali caustici quamdiu praeципitatum efficitur. Praeципitatum post horas viginti quatuor in filtro collige et aqua destillata caute lava, tum sicca. Praeципitatum siccum in cucurbita coque cum Spiritu Vini rectificissimi sufficientia copia ut solvatur paene, tum fervida filtra. Spiritum lenta distillatione elice. Strych-

ninum in pulveris albidi forma in lixivio matris colorato depositum in filtro collige et Spiritu Vini tenui et frigido parum lava. Tum denuo coctione in Spiritu Vini rectificissimo solve et evaporatione spontanea in crystallos majores redige. *Part. const.* nondum satis certe constant. Compositum creditur ex Azoti Pond. Mixt. 4, Carbonei 44, Hydrogenii 46, Oxygenii 4.

Strychninum crystallisatum crystallos refert prismaticas, plerumque parvas, decolores, in lamina platinea ignitas primum liquandas, deinde flamma lucida defligrandas, denique sine cineribus relictis comburendas. Crystalli contritae saporem habent amarissimum, aqua fervida et frigida minime dissolvuntur, acidis dilutis calefactis facile solvuntur et salia exhibent saporis amarissimi, plerumque in crystallos aciculares coacervata, quarum solutio aquosa a Gas hydrothionico non turbatur, a Kali caustico puro penitus, a Spiritu Salis Ammoniaci partim praecipitatur; praecipitatum genitum iterum dissolvitur solutione Salis Ammoniaci large adjecta. Aquam non continet Strychninum crystallisatum, Spiritu Vini fervido dissolvitur Naphtha Vitrioli neutiquam. Acido nitrico concentrato adjecto color rubicundus proginitur. — *Usus:* per se rarius, sed potius ad Salia Strychnini paranda.

De parando Strychnino multa opera impensa est. Primum agitur de Nucibus vomicis in pulverem redigendis. Hoc in molendinis propriis absque praeparatione ulla Nucum vi sola fieri solet. Quibus cum parvis copiis pulveris agendum est, commendaverim pulverem emalem ex mercatura desumere. Qui vero magnas Nucum copias elaborandas suscipiunt hac methodo facilius pulverem sibi comparabunt. Nuces vomicas totas in aheno cupreo cum aqua coquant per diem ut penitus emolliantur. Tum Nuces ex aqua exemptas in cratibus textis aeri exponant ut penitus siccentur, denique in catino ferreo fuso vel cupreo igne moderato eo usque torrefiant, ut pistilli ope in pulvere grossiusculum possint contundi. Sufficit pulverem grossiusculum habere, qui a Spiritu penitus penetratur et facilius in sacculis exprimitur. De menstruo eligendo haec adnotanda. Sunt qui Aquam pro exhauriendis Nucibus vomicis commendaverint. Quamquam hoc menstruum vilissimi pretii est, nec tamen eo laudaverim, quippe quod laborem difficultem et ignis maiorem sumtum gignat. Nuces cum aqua coctae in pultem mucilaginosam lentam abeunt, quae expressionem plane respuit et ex qua nonnisi larga dilutione et subsidentia liquidum secerni potest. Liquores copiosi obtinentur multo igne posthoc inspissandi. Spiritu Vini diluto, vel Spiritu Frumenti crudo, si vilioris pretii obtinetur, mucilago nucibus insidens non emol-

litur, et expressio massae refrigeratae facillime et sine magna Spiritus jactura suscipi potest. Liquores puriores, parum mucilaginosae, facile subsidentia et filtratione depurandi obtinentur, ex quarum destillatione Spiritus Vini maxima copia recuperatur. Liquores ex destillatione residuo Liquore Kali caustici praecipitari praecepimus, quia Strychninum hoc Alcali penitus praecipitatur. Spiritus Salis Ammoniaci minime adhibeat, quia Strychnini nonnisi portiunculam praecipitat propter Salis ammoniacalis alicuius formationem. Strychninum ipsum praecipitatum a Sale Ammoniaco iterum dissolvi potest.

**† STRYCHNINUM ACETICUM.**  
Sälgfaures Strychnin. *Acetate de Strychnine.*

Rec. Strychnini puri q. v., solve in Aceti concentrati suff. quantitate, ut liquor perfecte neutralis appareat, qui filtratur blandissimo calore ad crystallisationem evaporet.

Ph. Hamb. 1835 ad siceum evaporare vult. Ph. Hann. 1833 quoque recepit.

Sit pulvis albus, saporis amarissimi in aqua additis guttulis Acidi acetici solubilis.

Est plane supervacaneum et incertum propter qualitates suas.

**† STRYCHNINUM HYDROIODICUM,**  
Hydroiodas Strychnini. *Schwefelloff Strychnin. Hydroiodate de Strychnine.*

MAGENDIE praecepit solutionem concentratum Strychnini acetici solutione concentrata Kali iodati praecipitari, quo pulvis crystallinus praecipitaretur. Supervacaneum, needum in usum vocatum est.

**† STRYCHNINUM IODICUM.** *Sobfaures Strychnin. Iodate de Strychnine.*

DUFLOS: Rec. Strychnini Drachm. unam, in Aquae comm. calidae Unc. una suspende, adde Olei Vitrioli diluti guttatum q. s. ut Strychninum solvatur, tum admisce solutionem fervidam Natri iodici Gran. quinquaginta in Aquae Unc. una. Refrigerio crystalli concrecent, ex lixivii residuis cuncta evaporatione novae copiae obtinentur, vel evaporatione lixiviorum ad siccum et extractione residui cum Spiritu Vini rectiss. et evaporatione spontanea. Hoc sale quoque res medica facile carere potest.

**† STRYCHNINUM MURIATICUM.**  
Salzfaures Strychnin. *Muriate ou Hydrochlorate de Strychnine.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Strychnini puri q. v., dissolve in Acidi muriatici cum pari pondere aquae diluti sufficienti copia et crystallisationem justa evaporatione promove. Rectius pacatur si Strychninum crudum Kali caustico praecipitatum (vide vocem Strychninum) in aqua destillata calida distenditur, adjecto acido muriatico dissolvitur et evaporatione in crystal-

los redigitur. Crystallos obtentos in linteo exprime et denuo solutione et evaporatione in crystallos redige; lixivia quantum fieri potest fac emanare, tum crystallos charta bibula involutas sponte siccandas sepone, ut liquores in crystallis contenti a charta bibula penitus absorbeantur. Liquores impuriores residuos simili encheires in crystallos redige, ex ultimis et impurioribus Strychninum purum ope Kali caustici praecipita. Strychninum muriaticum vices Salis Strychnici cuiusvis implere potest, sed nondum saepe in usum receptum est.

**† STRYCHNINUM NITRICUM.** *Salyeterfaures Strychnin. Nitrate de Strychnine.*

Rec. Nucum vomicarum pulveratarum Libras sex, Spiritus Vini rectificatissimi, Aquae communis singulorum Libras novem, coque in vesica, imposito alemlico, per horam, tum refrigeranda derelinque. Post refrigerium Spiritum destillatum massae restitue et cola cum expressione. Has operationes semel (vel bis) repepe. Liquores elicitos sepone, ut subsidendo depurentur, limpidos in vesicam mundam remitte, quidquid turbidum remanserit filtra, et quoque in vesicam immittit. Tum blanda destillatione Spiritum evoca. Liquorem ex vesica effunde, vesicam aqua destillata pauca lava et hanc aquam liquori reliquo admisce. Tum sensim admisce

Lixivium causticum vegetabile

(Liquorem Kali caustici) quamdiu praecipitatum efficitur; hoc post horas viginti quatuor in filtro collige, aqua destillata caute lava, et adhuc humidum a filtro ope spathulae cornea in patinam porcellaneam transfer, aqua destillata distende et sensim adde:

Acidum nitricum purum

cum triplo pondere Aquae destillatae dilutum ut reactio acidula praevaleat. Caloris ope solutionem promove et filtra per idem filtrum, in quo praecipitati crudi adhuc particulae haerent. Refrigerando vel justa evaporatione totum in massam crystallinam abit, quam linteo involutam fortiter exprime. Liquores expressi evaporatione novam crystallorum copiam emittunt, quas simili modo exprime. Placentas expressas crystallorum denuo in aqua destillata calefacta dissolve, filtra si opus fuerit et iterum fac in crystallos concrescere. Has, lixivio effuso, spathula cornea in chartam bibulam impone, hac crystallos obtege ut liquor omnis a charta imbibatur et siccandas seponere. Crystallos bene siccatas caute conde secundum legem.

Ex lixiviis coloratis ultimis, filtris, charta siccatoria Strychninum in ipsis contentum solutione et praecipitatione Liquore Kali caustici obtineri potest. —

*Part. const.* Strychnini, Acidi nitrici et Aquae proportiones nondum satis certe definitae. *Vis:* narcotica, nervos dorsales fortissime excitans, exigua jam dosi lethifera.

Sint crystalli aciculares, sericeae, coloris et odoris expertes, saporis amarissimi, acido nitrico concentrato colorrem rubicundum generantes, ex toto combustibiles, Aqua et Spiritu Vini facile solubiles.

*Usus:* in paralysi membrorum, amaurosi, dysenteria.

Discussionem de Nucibus vomicis pulverandis, de eligenda praeparationis methodo vide voce Strychninum.

† STRYCHNINUM SULPHURICUM, Sul-

phas strychnicus. Schwefelsaures Strychnin. *Sulphate de Strychnine.*

Rec. Strychnini puri q. s., distende quintuplo pondere aquae destillatae, calefac ad ebullitionem, tum sensim admisce Acidum sulphuricum dilutum, donec Strychninum solutum fuerit. Filtra servida, refrigerando vel evaporatione praevia crystalli concrecent. Sunt crystalli aciculares, stellatim coacervatae, de colores, aqua facile solubiles.

In Gallia potissimum adhibetur, in Germania praeparatum antecedens.

STYPTICUM RUSPINI  
constat ex Acido Gallico, Opio et Vitriolo albo in Spiritu Vini solutis et colatis.

STYRAX DEPURATA Ph. Suec.

Rec. Storaci Calamitae q. v., salve in Spiritu Vini rectificatae (caloris ope), colla et Spiritum evaporatione abige.

SUBACETAS PLUMBI = Acetum Saturni (p. 13).

SUBBORAS SODAE = Borax

SUBCARBONAS AMMONII EM-  
PYRHEUMATICUS s. pyrosoleo-  
sus = Sal Cornu Cervi (p. 716).

SUBCARBONAS AMMONII = Sal volatile Salis Ammoniaci (p. 713).

SUBCARBONAS KALICUS s. Po-  
tassae = Sal Tartari (p. 721) et Cineres clavellati depurati (p. 181).

SUBCARBONAS NATRICUS sive  
sodicus s. Soda = Natrum carbonicum (p. 584).

SUBCHLORURETUM ANTIMONII = Pul-  
vis ALGAROTHI (p. 671).

SUBLIMATUS CORROSIVUS =  
Mercurius sublimatus corrosivus (p. 550).

SUBLIMATUS DULCIS = Calomel (p. 146).

SUBMURIAS AMMONIACO-HY-  
DRARGYRICUS = Mercurius praeci-  
pitatus albus (p. 547).

SUBMURIAS ANTIMONII = Pulvis AL-  
GAROTHI (p. 671).

SUBMURIAS HYDRARGYRI sive  
Mercurii = Calomel (p. 146).

SUBNITRAS BISMUTHI = Magiste-  
rium Marcasitae (p. 536).

SUBPHOSPHAS SODAE = Natrum phosphoricum (p. 585).

SUBSULPHAS AMMONIO - CU-  
PRICUS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SUBSULPHAS STIBII = Antimonium sub-sulphuricum (p. 33).

SUCCINAS AMMONII PYRO-OLEOSUS = Liquor Cornu Cervi suc-cinatus (p. 522).

SUCCINUM PRAEPARATUM. Bräparitter Bernstein. *Ambre jaune préparé, Succin préparé.*

Succinum in pulverem subtilissimum ter-tatur, atque addita aqua fontana, super marmo-re, optime laevigetur. Pulvis subtilissimus elutriatione separatur.

SUCCOLADA vid. Chocolada (p. 179).

SUCCUS, *Saft, Suc* est medicamen-tum liquidum ex herbis plantarum recen-tibus conquassatis expressione paratum. Succi aquosi ex foliis et stipitibus planta-rum herbacearum plerumque parantur. Hae scilicet in mortorio marmoreo ope pistilli lignei ex ligno Guajaco confecti optime pistentur, tum e sacculis canna-binis vel linteis strenue exprimantur, et suc-cus, si opus fuerit, semel per colatorium traiiciatur. Continent plerumque Albu-men vegetable, materiam extractivam, Chlorophyllum et Salia soluta. Succi re-center expressi turbidi sunt a flocculis vi-ridibus ex Albumine vegetabili et Chloro-phyllo compositis. Ebullitione coeunt et sedimentum caseosum viride demittunt; ipsi subfusci limpidi relinquentur. Succi recens filtrati colorem viridem quoque in filtro relinquunt; postea cocti albumen vegetabile album demittunt. Plantis pa-rum succulentis viscosis aquae aliquantulum inter contusiohem additur. Omnes succi nonnisi ad medici vel Codicum jus-sum neque decanthatione neque filtratione neque coctione clarificentur. Succi aquosi interdum dulces et sacchariferi sunt; si ex radicibus (e. gr. Dauci, Napi) obtinen-tur. Succi acidi ex baccis et fructibus expressione obtinentur; albumen vegeta-bile non continent, sed materiam aliam azoticam ex qua fermentationis causa in succis simul sacchariferis derivatur. Coctione coagulum non efficiunt. Acidi vegeta-bilis natura et copia inter se distin-gunt; continent acidum tartarium Tamarindi, Uvae, Fructus Mori albae; acidum citri-cum continent Fructus Citri, — Aurantii, — Vaccinii Oxyocci et Vitis Idaeae, — Pruni Padi et Cynobathii; acidum malicum continent Poma, Pyra, Berberides, Bac-eae Sambuci et Sorbi aucupariae; simul acidum citricum et malicum continent Fruc-tus Ribis rubrae, nigrae et Grossula-riae, Vaccinii, Myrtilli, Fragariae vescae, Rubi fruticosi et Idaei, Cerasi, Sorbi tor-minalis. Hi succi colore plerumque gau-dent peculiari, qui corporibus acidis et alcalinis facile mutatur. Denique acidum pecticum continent, quo sit ut facile in gelatinam abeant.

Fructus crassiores atque duriores non contusione sed ratione ad exprimendum praeparantur. Nonnunquam fructuum con-tusorum pulpa inexpressa per aliquot dies seponitur, ut color ex integumentis peni-tius abripiatur, e. gr. in Baccis Rhamni, — Rubi, — Mori. Hi Succi fermentatione levi clarificantur, quae non ulterius procedat, quam ut succi viscositas disparuerit; facile enim filtrantur. Succi Pomorum, Cydoniorum, Granatorum, Citri, Aurantii in loco frigido levissimam fermentationem subeant; aliū vero, Sacchari diiores, e. gr. Ribis Grossulariae, Mori, Rubi Idaeae fer-mentationem longiorem subeant; cave ne eo usque procedat ut odor et sapor spirituosus appareat. Alii succi facillime clarifi-cantur addito Succo Cerasorum, tales sunt Succus Ribis Grossulariae et Rubi Idaeae, Succi Pomorum et Cydoniorum facile succum limpidum edunt, si simul cum Amygdalis dulcibus conquassantur. Succi color detrimentum aliquod hae encheiresi capit.

De succorum conservatione aliquod af-ferre conducit. Succi aquosi virides albu-mine vegetabili gravidi minime asservan-tur, sed cito in putrefactionem ruunt. Re-centes in usum veniunt. Succi aciduli et dulces optime methodo Appertiana asser-vantur. Succos in lagenas vitreas fortes immitte, quae ad pollicem unum et dimidium usque repleantur. Epistomia sub-serina fortiter imprime et ligatura e ferreo filo confecta constringe. Has lagenas bene praeparatas in vas amplum cupreum vel ferreum in strato straminis vel eratene fer-ream, ne fundum tangat, colloca, stramine quoque interposito, ne lagenae collisione frangantur. Aquam lagenis circumfundere, et igne supposito fac aquam ebullire, ebullitionem obtine per minuta decem, tum totam suppellecitem, igne remoto, refrigerari concede. Lagenas in cella fri-gida serva. Oxygenium in his lagenis con-sumi, fabula est, sed germina vitalia in aere suspensa, semina mucoris, similia, destrui, valdus ad veri speciem accedit. Hac de causa, ne aëris novus accedat, cave et hermetice huic accessum praelude. Olei stratum succo innatans similiter agit, si ante calore, quidquid ovi in succo esse poterat, destructum fuerit.

SUCCUS ACACIAE GERMANICAE IN-SPISSATUS = Roob Prunorum silvestrium.

SUCCUS ACETOSELLAE Ph. Pal., Wirt. Rec. Hb. Oxalis Acetosellae q. v., contunde in mortorio lapideo ope pistilli lignei, exprime ex prelo, succum decanthatione post quietem depura, et Oleo infuso serva.

† SUCCUS ACONITI INSPISSATUS = Ex-tractum Aconiti.

SUCCUS AGRESTAE s. Omphacii. Un-trifer Kraubensast. Verjus.

Rec. Uvarum immaturarum (Omphacii) quantum vis, contunde in mortario, colla per panum, deponendo et decanthando clarifica, serva in lagena sub strato Olei Olivorum.

**SUCCUS ANTISCORBUTICUS s. ad seorbuticos s. Cochlearia e.**

Ph. Ross., Hass. 1806 Succus Herbae Cochleariae recentis contusae subsidentia depuretur. RICHARD: Hb. recent. Nasturtii, — Cochlear., Trifol. fibrin.  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq., contusae exprimantur, succus subsidentia depuretur.

**SUCCUS ARMORACIAE COMPOSITUS Ph. Suec.**

Rec. Succi Armoraciae Uuc. unam, Spirit. Frumenti Unc. sex, Aceti Unc. duas.

**SUCCUS AURANTIORUM. Pomeranzen- saft. Suc d'Oranges.**

Poma Aurantiiorum matura exprimantur, succus stet per aliquot dies, tum filtretur et sub Olei strato servetur.

**SUCCUS E BACCIS MYRTILLORUM, VACCINI etc. vid. Succus Myrtillorum, Vaccini, etc.**

**SUCCUS BECCABUNGAE.**

Ex herba recente Veronicae Beccabungae contusionis et expressione paratur.

**† SUCCUS BELLADONNAE INSPISSATUS = Extractum Belladonnac.**

**SUCCUS BERBERUM. Berberigenaft. Suc d'épine vinette.**

Baccæ Berberidis vulgaris maturæ in mortario contundantur, per aliquot dies in caram seponantur, tum exprimantur et filtrantur, deinde in lagenis longicollibus sub strato olei serventur.

**SUCCUS BETONICAE**

expressione Herbae recentis Betonicæ vulgaris contusae paratur.

**SUCCUS BORAGINIS**

expressione Herbae recentis contusae Boraginis officinalis paratur.

**SUCCUS BRYONIAE Ph. Hisp.**

Radicem Bryoniae albae recentem radendo in pulmē redige, hanc sepone per aliquod tempus, tum expime.

**SUCCUS BUGLOSSI.**

Flores Buglossi (*Anchusae officinalis Linn.*) contunde, expime.

**SUCCUS CARDAMINES AMARAE EXPRESSUS.**

Rec. Hb. rec. Nasturt. aquat., Lepid. sat., Cardam. amar. et Rad. recent. Tarax.  $\frac{aa}{aa}$  q. s. Contundantur in mortario marmoreo sensim addendo Aq. Cochlear. Unc. tres, in pulmē et exprimantur prelo Succi Unc. sex. Succum colla per linteum et sepone ad decanthationem.

**SUCCUS CERASORUM. Kirschensaft. Suc de Cérides.**

Paratur ex Cerasis maturis acidulis ad methodum voce Succus descriptam.

**SUCCUS CEREFOLII**

paratur ex Herba recente Cerefolii contusione et expressione.

**SUCCUS CICHORII**

paratur ex Herba recente Cichorii.

**SUCCUS CICUTAE INSPISSATUS vid. Extractum Conii.**

**SUCCUS CITRI, Succus Citriorum s. Limonum, Acetositas Citri. Citronensaft.**

Poma Citri, corticibus et seminibus demitis, bene exprimantur, succus stet per aliquot dies, tum filtretur, et in lagenis optimè clausis, vel sub strato Olei servetur.

**SUCCUS COCHLEARIAE vid. Succus antiscorbuticus.**

**SUCCUS CONII MACULATI = Extractum**

**SUCCUS CONSOLIDAE.**

Radices recentes Consolidae majoris (*Symphyti officinalis*) contusae in mortario lapideo exprimantur; succus albumine et calore clarificetur.

**SUCCUS CUCUMERIS.**

Cucumeres recentes maturi, putaminibus et seminibus remotis, contundantur, exprimatur succus, seponendo depuratur et filtretur.

**SUCCUS CYDONIORUM. Quitten- saft. Suc de Coings.**

Poma Cydonia vix bene matura, tomento externo défricato radulae ope radantur et in pulmam vertantur, nucleus exemptus cum stramine secalino conciso, antea aqua calida bene loto, mixta exprimantur. Succus stet per tres dies, donec clarificatus fuerit. Fermentatione levi, quam subit, materiae heterogeneae, suspensae antea, praeocipitantur, succus filtratus methodo Appertiana (voce Succus) conservetur.

Succus quoque limpidus obtinetur, si pulpae a centum pomis Cydoniis obtentae Amygdalarum dulcium bene contusarum Uncias decem admiscueris ante expressio- nem. Expost vero levem fermentationem semper subit et turbidus fit.

**SUCCUS DAUCI INSPISSATUS, s. Extractum Dauci vel Dauci Carotae, Roob Dauci, Roob Dauci Radieis. Möhrenextract, Möhren- rübenextract. Extrait de Carottes.**

Rec. Radicum Dauci recentium rasarum quantum lubet, contunde in mortario la- pideo ope pistilli lignei addito aquae pau-

## 772 SUCCUS DOMESTICUS — SUCCUS HERB. ANTISCORB.

xillo, succum expime, colando et ebulliendo clarifica, denuo colla et leni calore ad mellis spissitudinem redige.

Ph. Boruss. ed. 5, Hann. succum crudum in simplicibus, depuratum in praeparatis afferit. Crudus majori incuria in negotiis domesticis paratur, depuratus ex crudo non ubique prostante, quare ad plantam pharmacopola est recurrendum, solutione, decanthatione et inspissatione paretur. Ph. Boruss. ed. 3, Oldenb., Polon., Saxon. 1820. Radices Dauci sativi recentes, mundatae et concisae, dimidio Aquae superfusae in lebete stanneo coque, ut mollescant; expime succum, semel ebulliendo clarificandum, et leni calore ad Mellis consistentiam evapora. Ph. Gall. 1837. Succum radicum sine aqua addita raspatarum expressum et filtratum, sine evaporatione servari jubet. Disp. Fuld., Lipp.: Succus expressus statim evaporet. Ph. Antwerp.: Succi expressi Libris novem unam addit Sacchari albi.

*Vis:* bechica, anthelmintica. *Usus:* in tussi, contra lumbricos.

WACKENRODER affirmit vim anthelminticu cum praeципue in albumine coctione conglato et oleo pingui cum illo praecipitato habere; albumen ergo ex succo inspissato hac de consilio non separetur.

SUCCUS DIURETICUS vid. Succus Aromaticae compositus, praeterea Succus Herbarum diureticus.

SUCCUS DOMESTICUS, Succus Rhamni cathartici, Succus Spinaceae cervinae s. Baccarum Spinaceae cervinae. Kreuzdornsaft. *Suc de Nerprun.*

Baccae maturaiae Rhamni cathartici manibus vel pistillo ligneo conterantur, puls obtenta seponatur per tres ad quatuor dies ut fermentationem subeat. Expime, sepone ut faeces subsidunt, decantha vel filtra et serva in lagenis bene clausis.

SUCCUS EBULI s. Baccarum Ebuli. Altdihsaft. *Suc d'Hiéble.* paretur ex baccis maturis Sambuci Ebuli sicut Succus domesticus.

† SUCCUS ELATERII. Gselgurkensaft. *Suc de Concombres sauvages.*

Fructus Momordicae Elaterii, seminibus extensis, contundantur et exprimantur, succus subsidendo clarificetur.

SUCCUS FRAGARUM  
ex baccis Fragariae vescae sicut Succus domesticus.

SUCCUS FUMARIAE  
ex Herba recente Fumariae officinalis contumione, expressione, colatione paratur.

SUCCUS GLYCYRRHIZAE vid. Succus Liquiritiae.

SUCCUS GRAMINIS, s. Tritici repentis. Quefensäft. *Suc de Chiendent.*

Radices Graminis recentes, addita sedecima parte Aquae contundantur strenue, succus exprimatur, sepositus per aliquod tempus filtretur.

SUCCUS GRANATORUM. Granatensaft. *Suc de Grenades.*

Fructuum acidorum Granatorum q. v. corice externo separato transverse concide, tritura, spatula lignea ut semina separantur, contunde, expime (antea cum stramine conciso mixta), succum sepone ut depuretur, tum decantha.

SUCCUS GRANORUM KERMES.

Grana Kermes contusa exprimantur et succus methodo Appertiana conservetur.

SUCCUS GROSSULARIAE vid. Succus Ribium.

SUCCUS HERBARUM, s. expressus, s. Plantarum expressus. Kräutersäft. *Suc des Herbes.*

Succi Herbarum ex Herbis recentibus vernalibus contusione et colatione, denique decanthatione parantur. Clarificatio per coctionem non fiat. Recentes adhibeantur, non ultra dies duos in cella serventur. Formulae a medico conscribuntur, vel tali modo ut Herbarum recentium, simul contundendarum, pondera definiantur vel ut succi singularium Plantarum ad pondus dispensentur.

Harum formulae nonnullas hic tradamus.

Rec. Hb. Millefolii, — Hederae terrestr.  $\frac{1}{2}$  q. s. ut succi justum pondus habeatur; aliter: Succi expressi Hb. Beccabungae, — Lactucae virosae, — Nasturt. aquat., — Taraxaci totius  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas; aliter: Hb. Tarax., — Cochlear., — Nasturt. aquat.  $\frac{1}{2}$  q. s. ut fiant Succi Unc. quatuor, colatura adde Sacch. albi Unc. unam; vel: Taraxaci totius rec., Cichorei totius rec., Hb. rec. Trifol. fibr.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Chelid. maj. Drachm. tres. Contunde in mortario lapideo et redige addendo Aq. Cinnam. s. v. Unc. duas in pultem, dein expime fortiter et admisce Succo colato et decantha Kali acet. Drachm. semis. Aliter: Hb. rec. Borag., — Cheref., Fruct. Cucumeris  $\frac{1}{2}$  q. s. ut ex contusis exprimantur Succi Unc. tres, cui adde post decanthationem Natri sulphurici Drachm. tres ad quatuor. Ali. ter: Hb. Taraxaci totius, — Cichor., — Lactuc. sativ.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, contunde cum Aq. Menth. pip. Unc. tribus, cola; vel: Rad. rec. Graminis, — Dauci, — Betae rubr.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, ad scobinam adfrica, pultem cum Aq. Anisi Unc. tribus misce, expime.

SUCCUS HERBARUM ANTISCORBUTICUS VOGT.

Rec. Rad. rec. Armorac., abrasa cuticula mundat. Unc. unam, Hb. rec. Nasturt. aq., Romic. acetos.  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor; cont. expime

fortiter et succo decanthato adde Vini Rhenani gener. Libr. unam, Syr. Berber. Unc. duas; m.

**SUCCUS HERBARUM DIURETICUS VOGT.**

Rec. Hb. et Rad. rec. Apii dulcis, — Petrosel., Hb. rec. Borrag. <sup>aa</sup> Unc. tres, Rad. rec. Bryon. Drachm. tres. In pulm contusis admisce terendo Aq. Junip. Unc. duas. Deinde exprime fortiter et colla per linteum. Succo decanthato adde Tartari horaxati Drachm. duas.

**SUCCUS HISPANICUS** — *Succus Liquiritiae.*

**SUCCUS HYOSCYAMI INSPISSATUS** = Extractum *Hyoscyami.*

**SUCCUS HYPOCISTIDIS v. Part. I, p. 342.**

**SUCCUS JUNIPERI INSPISSATUS** vid. *Roob Juniperi* (p. 709).

**SUCCUS KERMETIS** = *Succus Granorum Kermes.*

**SUCCUS LACTUcae VIROSAE INSPIS-**  
**SATUS** vid. *Extractum Lactucae* (p. 405 et 406).

**SUCCUS LIMONUM** = *Succus Citri.*

**SUCCUS LIQUIRITIAE ANISA-**  
**TUS.** *Anislatz,* *Anislatzstängelchen.*

*Suc de réglisse anisé.*

Succum Liquiritiae depuratum (vide hanc vocem) et in pilularum consistentiam redactum in lamina marmorea Oleo Amygdalarum leviter illita in baculos nitidos ad instar caulis pennae scriptoriae forma; hos in vitro cylindrico cum guttulis aliquot Olei Anisi in parietibus vitri expansis per aliquot dies interdum circumagitandos serva, tum in vas aliud ingere.

Alii Succo Liquiritiae crudo pulverato Saccharum admiscent, pulverem Oleo Anisi conidunt (e. gr. Uncias singulas Olei Guttis tribus) et pulverem Aqua vel Mucilagine addita in pastillos forment. In primis notandum est Olei Anisi saporem non nimis praevalere, quod palato ingratissimum est. Alii denique Succo rite inspissato Pulverem Radicis Ireeos admiscent, antequam in baculos forment.

**SUCCUS LIQUIRITIAE DE BLOIS** = *Suc cus Liquiritiae anisatus et Pasta Liquiritiae.*

**SUCCUS LIQUIRITIAE DE-  
PURATUS.** *Gereinigter Laftz-*  
*zensaft.* *Suc de Reglisse épuré.*

Rec. Succi Liquiritiae crudi venalnis quantum vis, concide in frustula minora ad pollicis fere longitudinem. Immitte in vas fictile vel ligneum, prope fundum epistomio ligneo versatili instructum, supra stratum stra-

minis secalini loti, vel supra panum linteum texturae grossioris. Epistomii foramen fragmento vitri opposito a panni contactu defende, ne liquidum tardius emanet. Aquam communem affunde ut frustula suprema ea contegantur. Totam suppellectilem intactam per aliquot dies sibi derelinque, donec frustula penitus emollita fuerint, nec diffracta vel inter digitos contrita nucleum internum nigrum atque non solutum monstrent. Epistomium versatile parum contorque ut liquidum spissiusculum sed limpidissimum fili tenuis instar emanet. Postquam penitus eguttaverit, epistomium verte et novam Aquae copiam infunde, cavens ne frustula emollita lacerentur atque materia farinacea turbetur. Post duos dies liquidum per epistomium versatile iterum fac emanare. Liquores junctos, per colum trajectos, in balneo Aquae ferventis fac evaporare ad extracti spissitudinem. — *Vis et usus* et qualitates quales Extracti Liquiritiae.

Extractum Liquiritiae infusione Aquae tepidae ex Radicibus ipsis a pharmacopola paratum sapore blandiore, dulciore nec fauces sub finem degustationis fricante a Succo depurato differt, qui coctione fortiore paratus est. Succus depuratus propter pretii vilitatem ex re medica omitti nequit.

**SUCCUS MALORUM CHALYBEATUS** = Extractum *Mariis pomatum.*

**SUCCUS MARRUBII ALBI**  
expressione Herbae recentis contusae paratur.

**SUCCUS MILLEFOLII**  
sicut antecedens ex Herba Millefolii paratur.

**SUCCUS MOMORDICAE** = *Elaterium* (p. 255).

**SUCCUS MORORUM.** *Mausbeerensaft.* *Suc de Mures.*  
Fructus Mororum maturi pistillo ligneo

## 774 SUCCUS MYRTILL. — SUCCUS TRITICI REPENTIS

conterantur, seponantur per aliquot dies ut levem fermentationem subeant, tum exprimantur, succus colatus methodo Appertiana (vide vocem Succus) conservetur.

**SUCCUS MYRTILLORUM.** Heidelbeerensaft.  
*Suc d'Airelles.*

Pareatur ex baccis Vaccinii Myrtilli maturis sicut Succus Mororum.

**SUCCUS NASTURTHII**  
expressione Herbae recentis contusae Sisymbrii Nasturtii paratur.

**SUCCUS OMPHACII** = Succus Agrestae.

**SUCCUS OXYCOCCI.** Moosbeerensaft. *Suc de Caneberges des marais.*

Paratur ex baccis maturis Vaccinii Oxycocci sicut Succus Mororum.

**SUCCUS OXYCOCCI CUM NITRATE POTASSAE** Ph. Ruth. castr.

Rec. Nitri Unc. unam, Succi Oxycocci Libr. unam, m.

**SUCCUS PARIETARIAE**  
contundendo, exprimendo Herbae Parietariae officinalis obtinetur.

**SUCCUS PERSICORUM** Ph. Sard.  
Flores Persicae recentes a calicibus liberati contundantur et exprimantur.

**SUCCUS PLANTAGINIS**  
ex Herba recente Plantaginis majoris contusione et expressione paratur.

**SUCCUS PLANTARUM** vid. Succus Herbarum.

**SUCCUS POMORUM.** Äpfelsaft. *Suc de Pommes.*  
Pareatur sicut Succus Cydoniorum ex Pomis Renetii.

**SUCCUS PRUNELLAE**  
expressione Herbae contusae Prunellae vulgaris paratur.

**SUCCUS PRUNORUM SILVESTRIUM** vid. Roob.

**SUCCUS PULMONARIAE**  
expressione Herbae contusae Pulmonariae officinalis paratur.

**SUCCUS RADICIS SAMBUCI NIGRAE.**  
Radices recentes Sambuci nigrae, Aquae pauxillo addito, contundantur et exprimantur. Vis diuretica eximia laudabatur a D<sup>r</sup>e HOSPITAL.

**SUCCUS RHAMNI CATHARTICI** vid. Succus domesticus.

**SUCCUS RIBIUM NIGRORUM.** Schwarzer Johannisbeerensaft. *Suc de groseilles noires.*  
Pareatur ex Baccis maturis Ribis nigri sicut Succus Mororum.

**SUCCUS RIBIUM RUBRORUM.** Johannisbeerensaft. *Suc de Grosoilles.*

Rec. Ribium rubrorum maturorum q. v., manibus in crinis contere, adde Cerasorum acidorum rubrorum contusorum decimam partem ponderis Ribium, mixta exprime in prelo, succum in cellam sepone per horas 24, quum in gelatinam ebierit in linteum expansum conjice, ut eguttetur, succi residuum in linteo exprime. Hac encheiresi Succus Ribium, qui nonnisi pro condimento vel Syrupo parando adhibetur, facillime limpidus obtinetur. Cerasorum additio hoc consilio non condemnetur. Absque Cerasis ad modum Succi Rubi Idaeи agitur. Sed nimia fermentatione facile sapor vinous contrahitur, qui evitetur.

**SUCCUS ROSARUM PALLIDARUM.** Rosenthaler Rosensaft. *Suc de Roses.*

Rec. Petalorum recentium Rosae centifoliae q. v., contunde in mortario marmoreo ope pistilli (lignei ferrum omnino evites), succum in prelo exprime, filtratum in lagenulis longocollibus sub strato Olei serva.

**SUCCUS RUBI IDAEI.** Himbeerensaft. *Suc de Framboises.*

Rec. Baccarum Rubi Idaeи q. v., contunde in mortario lapideo ope pistilli lignci et contusas sepone per tres ad quatuor dies, ut liquidum limpidum supernaret. Succum exprime. His semel ebulliat, tum coletur per linteum, et adhuc calidus filtretur in lagenas longicolles, in quibus fortiter epistomias subertis munitus ad methodum Appertiazam (vide vocem Succus) ad ebullitionem calefiat.

**VUAFLARD** Succum Rubi Idaeи additis Cerasis sicut Succum Ribium clarificari, sed Cerasorum quadrantem addi, suadet. Cerasorum sexta pars ponderis. quod erat Baccarum Rubi Idaeи, sufficere dicitur.

**SUCCUS SAMBUCI** vide Roob Sambuci (p. 711).

**SUCCUS SAPONARIAE**  
expressione Herbae recentis contusae Saponariae officinalis praeparatur.

**SUCCUS SPINAE CERVINAE** vid. Succus domesticus.

**SUCCUS SPISSATUS** in genere vide Extractum.

**SUCCUS SPISSATUS MOMORDICAE** vide Elaterium (p. 255).

**SUCCUS STRAMONII** vid. Extractum Stramonii.

**SUCCUS TARAXACI**  
sicut Succus Herbarum ex planta tota Leontodontis Taraxaci paratur.

**SUCCUS TRIFOLII FIBRINI**  
sicut Succus Herbarum ex Herba Menyanthis trifoliatae.

**SUCCUS TRITICI REPENTIS** vid. Succus Graminis.

SUCCUS URTICAE sicut Succus Herbarum.

SUCCUS VACCINII OXYCOCCI et MYRTILLI vid. Succus Oxycocci et Succus Myrtillorum.

SUCCUS VERONICAE

sicut Succus Herbarum ex Veronica Beccabunga.

SUCCUS VIOLARUM

sicut Succus Rosarum pallidarum ex floribus Violae odoratae.

SUFFITUS, SUFFUMIGATIO vid. Fumigatio.

SULPHAS, schwefelsaures Salz, Sulphat, Sulphate, vide Nomina a basi derivata vel antiqua, quorum usitatissima hic recitemus.

SULPHAS ALUMINAE ET POTASSAE = Alumen.

SULPHAS AMMONIAE vid. Sal Ammoniacum GLAUBERI.

SULPHAS AMMONIAE CUPRATUS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SULPHAS CHINICUS vid. Chinium sulphuricum (p. 176).

SULPHAS CINCHONII vid. Cinchonium sulphuricum (p. 181).

SULPHAS CUPRI = Vitriolum coeruleum.

SULPHAS CUPRI AMMONIACALIS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SULPHAS FERRI = Vitriolum Martis.

SULPHAS KALICUS = Arcanum duplicitum (p. 99).

SULPHAS MAGNESIAE = Sal amarum (p. 714).

SULPHAS NATRICUS = Sal mirabile GLAUBERI (p. 719).

SULPHAS POTASSAE = Arcanum duplicitum (p. 99).

SULPHAS SODAE = Sal mirabile GLAUBERI (p. 719).

SULPHAS ZINCI s. Zincicus = Vitriolum album.

SULPHIS, schwefligsaures Salz, Sulphite.

SULPHIS CALCICUS. Schwefligsaurer Kalk, Sulfite de Chaux.

Ph. Gall. 1837: Rec. Cretae albae totae et bonae notae q. v. disrange in frustula minora, quae digitii fere crassitatem habeant, haec aquae destillatae immerge, ut eam imbibant, tum in vas vitreum cylindricum caute immittit, ne magis dilabatur. Seorsum recipe Olei Vitrioli pondus aequale Cretae siccae adhibitet, hoc pulvere Carbonum Lignorum immiscendo adeo suscipe, ut pastam fere solidam habeas, quam in cucurbitam vitream vel vas idoneum fictile

ingeras, ex quo tubus vitreus, bis in angulum rectum recurvus, in Cretam transeat. Cucurbita in balneo arenae calefit, ut gas acidum sulphurosum emergat, quod frustulis Cretae avide absorbetur. Si gas sulphurosum absorberi recusatitur, novam Cretae humectatae copiam impone, et ignem obtine, quamdiu gas extricabitur. Quod si fieri cessaverit, apparatus dirime, Cretam non decompositam, superne positam, colore pallido et mollitie dignoscendam, separa, Sulphitem calcicum vero, coloris grisei flavi et duriorem, suo nomine serva in vasis optime praclusis.

### SULPHUR AURATUM ANTIMONII. Goldschwefel. Soufre doré d'Antimoine.

*Synon.:* Sulphur stibiatum aurantiacum, Hydrosulphuretum luteum Oxydi Stibii, Hydrosulphuretum Antimonii sulphuratum, Oxydum Stibii hydrosulphuratum, Deutosulphuretum Antimonii, Antimonii Sulphuretum praeципitatum. Spieglergoldschwefel, schwefelwasserstoffaures schwefelhaltendes Spieglerganzoxydul. Deutosulfure d'Antimoine, Oxyde d'Antimoine hydrosulfure orange, Hydrosulfate sulfure d'Antimoine.

Rec. Natrii sulphurato-stibiati (Sallis Schlippe) recens parati (p. 582) Uncias decem, dissolve in Aquae destillatae Libris quinque, filtra per chartam. Seorsum recipe

Olei Vitrioli Uncias tres, dilue Aquae communis Libris octo ad decem, et miscelam sepone ut paene refregescat.

Tum solutionem Natrii sulphurato-stibiati in Oleum Vitrioli dilutum inter agitationem strenuam infunde. Postquam sedimentum subsederit, Aquam decantha, novam Aquae copiam affunde, et agitatione misce. Post subsidentiam iterum decantha, hasque operationes aliquoties repete, donec praecipitatum penitus edulcoratum fuerit, vel donec Aqua effusa cum Salibus baryticis praecepitatum non amplius gignat.

Praecipitatum in linteo humectato collige, eguttatum ex parte in prelo, tum ad aërem expone, ut quam citissime siccetur. **Part. const.** Antimonii duo, Sulphuris quinque Pond. Mixt. Insunt semper Oxydi Antimonii vestigia, quae inter siccationem ad aërem exoriuntur. **Vis:** diaphoretica, resolvens.

Sit pulvis rubro-aurantiacus, subtilis, digitis fere impalpabilis, valde depingens, insipidus, in Lixivio caustico vegetabili plane solubilis, in acido muriatico concentrato reliquo Sulphure solubilis. Acidum tartarium, imo dilutum atque sine calore Oxydum Antimonii ex eo dissolvit, quod **Aqua hydrosulphurata** dignoscitur. Hoc vitio non vertatur, nisi nimia copia indicatur.

De Sulphure aurato parando variae a Chemicis viæ excogitatae sunt. Harum unica tantum, ea scilicet, quam elegimus, praeparatum semper idem atque aequabile exhibet. Praecipitetur ergo ex solutione Salis Schlippliani, quod quidem Sal variis methodis parari potest. Illa methodus quam pagina 582 docuimus, omnium commodissima atque producti uberrima esse videtur. Sal semper in crystallos redigatur, quaenque via solutio Salis prima facta fuerit. In medicamento tantæ efficacie, quam Sulphur auratum Antimonii, cuius tam minutæ doses propinuant, nulla pretii ratio est habenda. Ergo hoc praeparatum non ex officinis chemicis coematur, sed a pharmacopœo ipso praeparetur. In officinis chemicis vero propter majorem operam, maioresque rerum sumtus, nunquam ex Sale Schlippliano praeparatur, sed plerumque ex Lixivio praecipitatur, quod coctione Calcariae ustae, Antimonii crudii et Florum Sulphuris, adjectis interdum Cineribus clavellatis, paratur. Hoe praeparatum Sulphuris semper nimium continet et colorem habet nimis laetum, quem Sulphur auratum Codicum veterum habuit. Color hodie aurantiacus jure dici non potest, sed magis in rubrum vergens. Color ille a Sulphure excedente derivatur, cuius copia excedens non ad certum calculum referri potest, quare elidendum esse putavimus. Nullius est momenti, Sulphuris aliquid in pulvere superesse, si cum Sulphureto Antimonii, cuius copia proportionaliter diminuitur, comparabis. Ergo colorem lacte aurantiacum certae mixtioni chemicæ posthabendum putavimus.

Praecepsimus supra Solutionem Salis Schlippliani in acidum esse infundendam, nec vice versa acidum in solutionem Salis. Hoc eo consilio factum est, ne acidi decomponentis defectu color et mixtio chemica mutetur. Sulphur auratum enim recens praecipitatum et cum solutione Salis Schlippliani digestum colore induit sordide fusum et Sulphuris portiunculam amittit, quae in solutionem suscipitur. Idem fit, si Acidi decomponentis copia non sufficiens adest; Sal ergo non decompositum praecipitatum valde mutat. Praecipitationibus tali modo fractis, et praecipitatis singulis separatis, pulveres obtinuntur, qui scalam colorum a sordide fusco usque in citrinum exhibent. Hac ergo encheiresi ex Sale Schlippliano optime parato Sulphur auratum pessimum praeparari potest. Quod ut evites, duae viæ iniiri possunt. Acidi decomponentis copia sufficiens vel excedens una vice addatur, vel, quod certius agitur, Solutio Salis acido addatur. Hoc modo fit, ut praecipitatum nunquam cum solutione Salis Schlippliani in uno liquido adesse possit. Materiarum invicem se decomponentium copiam ad calculum accurate computavimus. Sal Schlipplianum enim alijs mixtionem chemicam habet, quam quae voce et pagina illa citata relata est. Ex novissimis experimentis probatum est, constare ex Natrii sulphurati 3 Pond. Mixt., Sulphidi Stibici (Antimonii 2, Sulphuris 5 Pond. Mixt.) 1 Pond. Mixt., Aquae 18 Pond Mixt. Ad hanc formulam rerum abhendarum copiae relatae sunt.

**SULPHUR AURATUM LIQUIDUM** vid. Tinctura Antimonii JACOB.

**SULPHUR DEPURATUM** vid. Flores Sulphuris loti (p. 434).

**SULPHUR IODATUM**, Iodure-tum Sulphuris. Sodschwefel. *Iodure de Soufre.*

Rec. Iodi Uncias quatuor; Florum Sulphuris Unciam unam, conterendo intime misce, tum in cucurbitam vitream ingere et lenissimo igne fove, ut miscelæ color sensim in nigrum vertatur. Quod si per totam massam factum fuerit, calorem auge, ut liqueatur, tum vas inclinando massam liquatam in parietibus expande, ut crystalli Iodi sublimati colligantur. Dénique cucurbitam disfrange et praeparatum exime in vitro optime epistomio vitro muniendo in loco frigido atque obscurio serva. Ph. Gall. 1837 recipit. In vitris, in quibus medicinae liquidae dispensari solent, quoque parari potest.

**SULPHUR LOTUM** = Flores Sulphuris loti (p. 434).

**SULPHUR PRAECIPITATUM** = Lac Sulphuris (p. 499).

# SULPHUR STIBIATUM AURANT. — SURINAMINUM 777

SULPHUR STIBIATUM AURANTIACUM  
vid. Sulphur auratum Antimonii (p. 775).

SULPHUR STIBIATUM RUBEUM vid. Kermes minerale (p. 496).

SULPHURETUM AMMONIAE vid. Liquor fumans BOYLEI (p. 523).

SULPHURETUM ANTIMONII PRAECIPITATUM = Kermes minerale (p. 496).

SULPHURETUM BARYI vid. Baryum sulphuratum (p. 128).

SULPHURETUM CALCARIAE ET STIBII  
vid. Calx Antimonii cum Sulphure (p. 147).

SULPHURETUM CALCII vid. Hepar Sulphuris calcareum (p. 463).

SULPHURETUM CARBONEI vid. Carbonum sulphuratum (p. 151).

SULPHURETUM HYDRARGYRI NIGRUM  
vid. Aethiops mineralis (p. 30).

SULPHURETUM HYDRARGYRI STIBIATUM  
vid. Aethiops antimonialis (p. 25).

SULPHURETUM KALII s. KALICUM s.  
POTASSII vid. Hepar Sulphuris salinum (p. 465).

SULPHURETUM MERCURII NIGRUM vid  
Aethiops mineralis (p. 30).

SULPHURETUM NATRII vid. Hepar Sulphuris natrinum (p. 464).

SULPHURETUM NATRII ET STIBII vid.  
Natrium sulphurato-stibiatum (p. 582).

SULPHURETUM OLEI VOLATILIS ANISATUM  
vid. Balsamum Sulphuris anisatum (p. 121).

SULPHURETUM OLEOSUM FIXUM vid.  
Balsamum Sulphuris simplex (p. 122).

SULPHURETUM SODICUM CUM AQUA  
vid. Hydrosulphuretum Natri (p. 467).

SULPHURETUM STIBII NIGRUM PRAEPARATUM  
vid. Antimonium crudum praeparatum (p. 36).

SUPERCARBONAS, SUPERACETAS, SUPEROXIDUM et nomina cetera in super incipientia vide nominibus antiquis et a basi derivatis; e. gr. Supertartras Potassae = Cremor Tartari, Supersulphas Kalicus = Kali sulphuricum acidum.

**SUPPOSITORIA**, Stuhlzäpfchen, Suppositoires sunt medicamenta secca formae conicae, quae in anum ingeruntur. Consistentiam sevi vel saponis non penitus exsiccati habent. Crassitatem caulis pennae scriptoriae usque ad digitus minoris habent. Corpora, quae plurimum hunc in finem adhibentur, sunt Butyrum Cacao, Sevum, Sapo, Mel satis coctione induratum. Sapo

culti ope in formam conicam secatur, Sevum et Butyrum Cacao in conum chartaceum fundantur, ut solidefiant.

## SUPPOSITORIUM AD ALVUM SOLICITANDUM Ph. Palat.

Rec. Sapon Unc. duas, Sal communis Unc. unam, Mellis inspissati q. s., fiant coni suppositori.

## SUPPOSITORIUM ANODYNUM, s. sedativum, s. leniens, s. narcoticum. Schmerzstillendes Stuhlzäpfchen. Suppositoire anodyne.

Rec. Opii Gran. duo ad Scrupulum, Sapon. medic. Drachm. unam; vel: Opii Gran. duo ad quatuor, Extr. Hyosc. Gran. decem ad vi-ginti.

## SUPPOSITORIUM ANTHELMINTHICUM Ph. Palat.

Rec. Mell. inspissati Unc. quatuor, Aloës Unc. dimidiā, Ferri sulphur. cryst Drachm. duas, fiant coni Gran. quindecim. SWEDIAUB: Aloës Unc. semis, Sal. commun. Drachm. tres, Farinae Tritici Unc. duas, Mellis q. l., fiant coni suppositori.

## SUPPOSITORIUM ANTIHAEMORRHOI-DALE CADET.

Rec. Suberis ustī, Cerae  $\bar{a}$  part. unam, Butyri recent. part. duas.

## SUPPOSITORIUM CATHARTICUM s. Elaterii.

Rec. Sapon. Drachm. unam, Elaterii Gran. duo, fiant conus suppositorius.

## SUPPOSITORIUM COMPOSITUM.

Rec. Specierum Hierae picrae Unc. semis, Salis Gemmae Scrup. unum, Mellis ad spissitudinem cocti Unc. duas. Misce et fiant suppositoria variae magnitudinis.

## SUPPOSITORIUM EMOLLIENS.

Rec. Butyri Cacao, Cerae part. aeq.; vel: Butyri Cacao part. unam, Cerae quadrantem.

## SUPPOSITORIUM MELLIS COMMUNE.

Rec. Mellis Unc. duas, coque igne blando ad justam spissitudinem, adde Sal. commun. Drachm. duas, misce et in lamina marmorea Oleo inuncta conos forma.

## SUPPOSITORIUM MELLIS IRRITANS Ph. Hisp.

Rec. Colocynthi pulverat. Drachm. semis, Sal. culinar. Drachm. unam, Mell. despum. Unc. unam, fiant coni.

## SUPPOSITORIUM NARCOTICUM s. OPIATUM vid. Suppositorium anodynum.

## SUPPOSITORIUM VERMIFUGUM RICHARD.

Rec. Aloës Succotr. Gran. decem, Sapon. Drachm. unam. M. f. Suppositorium.

SURINAMINUM, Geoffroyinum, Surinamin, Surinamine est principium proprium chemicum ex cortice Geoffroyae Surina-

mensis obtentum. Cortex pulveratus Spiritu Vini exhaudatur, liquidum Aceto Saturni prae-cipitatur, Plumbeum Gas hydrothionico prae-cipitatur, et colatum evaporatur. Surinamini-nus partim in crystallos tenues aciculares coit. *Usus:* nullus in re medica.

**SYRUPUS**, *Syrup, Sirop* est medicamentum, vel saepe condimentum, liqui-dum, Saccharo eo spissfactum ut lenti-s fluat. Sacchari reliculum variae est indo-lis, scilicet Aqua, Vinum, Emulso. Suc-cus, Solutiones, Decoeta, Infusa. Nil in eo requiritur, nisi quod Saccharum solvat. Liquores spirituosi Saccharum difficulter solvunt. Hac de causa Liquores spirituosi vel Tincturae nonnisi tenues adhibentur, et Sacchari ratio diminuitur. Saccharum in Syrupo inservit ad condiendas materias medicinales, ut facilius absorbeantur, nec saporem nauseosum prae se ferant, ium vero ad conservandas materias, ne citius in fermentationem, putrefactionem vel de-compositionem ruant. Solutiones aquosae simili sapore corriguntur atque conser-vantur. Dilutione citius tisanae atque potiones praeparari possunt.

Syrupus limpidus sit, nec corpora hetero-genea, pulvulenta, sedimentosa suspensa teneat. Facilius eo in pejus vertitur.

Syrupus bene limpidus solutionem ex-hibet aquosam limpidam; hoc certissimum est experimentum.

Saccharum adhibetur pro Syrupis deco-loribus album, quod *Melis in mercatura* dicitur; pro Syrupis coloratis Saccharum quoque crudum, quod Cassonada dicitur, adhiberi potest. Saccharum albiss., quod Raffinada dicitur, adhibere, luxuria est.

Syripi variis methodis parantur. Solu-tione simplici parantur Syripi cum Aqua pura, Aquis destillatis aethereis, Infusis limpidis.

Saccharum in frustula majora diffrac-tum calore ordinario in liquidis solvatur; si citius agendum calor blandus adhibeat. Filtratio per chartam emporetiam vel ci-tius per colum laneum instituatur. Alii coctione parentur et Albumine Ovi clari-ficentur. Hoc in Syrupis coloratis, vel saltem coloris non plane expertibus, fieri solet. Albumina ovorum primum cum li-quidi adhibendi pauxillo misceantur, tum saccharum et liquidi, quid restat, addatur. Miscela lenta ad ebullitionem calefiat, quo fit, ut materiae alienae certius ab al-bumine circumdatae abripiantur. Aquae adhibendae copia non ad calculum ex-actissimum redigatur, sed, ne nimium ad-das, quod coctione abigi deberet, cave, quia Syrupus longa coctione colorem in-duit et in Saccharum Uvarum vertitur. Spuma multa in superficie liquidi bullen-tis exsurgit, quae ope spumatorii admittur. Sub fiuem coctionis, quando Albumen coagulatum fuerit, vas ab igne auferatur, et liquor per colatorium laneum sine ex-

pressione traiiciatur. Sunt qui Albumen liquido serventi addunt; hoc in Saccharo non nimis impuro fieri licet. Quod pri-mum per colatorium transit, non raro tur-bidum est, vas ergo alterum mundum supponatur, si Syrupus limpidus transire cooperit, et portiuncula prium trans-gressa iterum colo infundatur.

Pro magnis Syruporum copiis colandis inservit Manica Hippocratis, colatorium scilicet conicum vel cylindricum, cum su-tura unica verticali, et in extremo infimo ligatura cannabina in formam conicam constrictum. Filum in extremo affixum et in spatio interiore productum inservit ad sub-lewandum apicem Manicae, quando liquor tardius transire cooperit, ut parietes al-tiores tangat. Colatorium Taylorianum melior forma est Manicae Hippocratis. Cylindrus e texto gossypino satis arcto confectus, stellatim dispositus, inferne li-gatura arte constringitur, superne ad tu-bum infundibili tali stannei alligatur, sac-culus arctus linteus vel gossypinus super colatorium plicatum inducitur, et ligatura quoque ad fundibulum affigitur. In vol-u-mine parvo magna colantis panni super-ficies contenta est. Colatoriū longitudi qua-tuor ad quinque pedes attingit. Rare in officinis adhiberi potest, nec tamen ad men-suras minutas constructum, omnino ne-gligatur.

**SYRUPUS ABSINTHII**, s. de Ab-sinthio. Wermuthsryup. *Syrop d'Ab-sinthe.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Summitat. Absinthii Unc. duas, Aq fert Unc. sedecim, digerantur per horas duodecim, exprimantur, in colatura sole Sacchari albi Unc. triginta duas, iterum colla.

**SYRUPUS DE ABSINTHIO COMPOSITUS**  
Ph. Wirt.

Rec. Absinthii Pontic. siccii Libr. semis, Flor. Roasr. rubras Unc. duas, Nardi Ind. Drachm. tres, infundantur incisis Vini albi et Succi Cy-doniorum " Unc. octo; digerantur in loco calido per biduum postea exprimantur; Colatura Unc. decem adde Sacchari albi Unc. se-decum. Fiat Syrupus per pannum colandus.

**SYRUPUS ACACIARUM FLORUM** Ph. Wirt.

Rec. Flor. Acaciar. (*Pruni spinosae*) recent. Libr. duas, infundantur Aquae font. ferventis Libr. duae, stent in digestione per noctem, in vase figulinio vitreato, probe tecto. mane leviter exprimantur et colentur. Colatura Unciarum undeviginti adde Sacchari albi Uncias triginta duas. Fiat unica ebullitione syrpus, per lin-teum colandus.

† **SYRUPUS ACETATIS MORPHINAE.**

Ph. Gall. 1837: Rec. Syripi simpl. Unc. sedecim, Morphii acetici Gran. tria et Gran. trientem in aquae gattulis, addito Acidi acetici pauxillo, solvenda.

**SYRUPUS ACETI** s. acetosus,  
s. cum Aceto, s. Acidi acetic*i*,  
**Oxysaccharum.** *Göttsyrup.* *Siroop de vinaigre.*

Ph. Austr., Hisp., Lusit., Parm., Ross., Suec.: Rec. Aceti Vini part. unam, Sacch. albi part. duas, solve calore, cola. Disp. Ful.: Aceti part. duas, Sacch. albi part. tres et semis. Pb. Amst.: Aceti part. unam et semis, Sacchari part. duas. Ph. Amer., Edinb.: Aceti part. quinque, Sacchari septem; Ph. Ferr.:  $\frac{1}{2}$  part. aequales. Ph. Gall. 1837: Aceti Unc. sedecim, Sacch. Unc. triginta.

**SYRUPUS ACETI ANTIMONIATUS.**

**SPIELMANN:** Rec. Vitri Autimon. pulv. Unc. unam, Aceti Unc. duodecim, infunde per horas 20, filtra, in colatura solve Sacch. albi Unc. octo, coque ad Syrupi consistentiam.

**SYRUPUS ACETI RUBI IDAEI.**

Ph. Gall. 1837: Rec. Aceti Rubi Idaei Unc. sedecim, Sacch. albi Unc. triginta, solve, cola.

**SYRUPUS ACETOSELLAE** s. **Acetosae.**

Disp. Vet.: Rec. Succi Acetosellae depurati Unc. decem, Sacchari albi Unc. sedecim, solve, cola.

**SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.** *Citronensaftsyrop.* *Siroop de Limons.*

*Synon.:* Syrupus Succi Citri, Syrupus de Citreorum Succo, Syrupus Citri mediae. Citronenzuckerseft.

Rec. Succi Citri recenter expressi  
Uncias viginti,

Sacchari albi in frustis totis  
Libras tres,

in vase porcellaneo misce, se-  
pone per horas aliquot ut Sac-  
charum dilabatur, tum lenis  
caloris ope solve et cola.

Sit decolor, limpidus, saporis grati  
acidulo dulcis. Acidum sulphuricum  
ne contineat, si Acido citrico paratus  
fuerit, quod Salibus baryticis, addito  
Acido nitrico, exploratur. Cuprum  
ne contineat, si in vasis cupreis non  
bene mundatis paratus fuerit, quod  
Spiritu Salis Ammoniaci caustico, vel  
Kali hornussico exploratur.

De Pharmacopearum dissensu ne ope-  
ram perdamus in Syrope qui condimenti  
partes plerumque agit. Codices Germani-  
cici plurimi de formula illa consentiunt;

Dispensatoria vet. Succi Unc. decem,  
Sacchari Unc. sedecim habent. Syrupus  
hic dilutior est, et faciliter decomponitur.  
Coctio in Syrupis acidis non est laudanda,  
quippe qua Saccharum chemice mutatur  
et in Saccharum Uvarum partim vertitur.  
Si vasis cupreis uteris, haec guttulis acidi  
muriatici ante humecta et bene lava. In  
vitris orificii lati hic Syrupus bene parari  
potest, si balneo aquae uteris. Vasis stan-  
nis quoque uti licet.

**SYRUPUS ACIDI ACETICI** s. **ACETOSI**  
vid. Syrupus Aceti.**SYRUPUS ACIDI CITRICI.** *Citronensaft-  
syrop.* *Siroop d'Acide citrique.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Acidi citrici cryst.  
Drachm. duas et semis, Aq. dest. Drachm. quinque, Syr. Simplic. Unc. sedecim, m.

**† SYRUPUS ACIDI HYDROCYANICI.** *Blau-  
saftsyrop.* *Siroop d'Acide hydrocyanique.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Acid. hydrocyan. medicinal. Drachm. unam, Syr. simpl. Unc. sedecim.

**SYRUPUS ACIDI PHOSPHORICI.** *Phos-  
phorfätersyrop.* *Siroop d'Acide phosphorique.*

**HENRY, SOUBEIRAN:** Rec. Acid. phosph. medicinal. Unc. semis, Syr. Rubi Idaei Unc. triginta duas.

**SYRUPUS ACIDI TARTARICI.** *Weinstein-  
saftsyrop.* *Siroop d'Acide tartrique.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Acid. tart. Drachm. duas et semis, Aq. dest. Drachm. quinque, Syr. simpl. Unc. sedecim, m.

**SYRUPUS ACIDUS** s. **acidi sulphurici.**

**VOGLER Weilb.:** Rec. Syrup. Rubi Idaei Unc. duas, Spir. Vitrioli acidi Drachm. unam.

**SYRUPUS ADIANTHI** vid. Syrupus Capil-  
lorum Veneris.**SYRUPUS ADIANTHI FERNELII** Disp. Prag.

Rec. Adianth. albi Manip. tres, — nigri,  
Hb. Saxifrag., — Beton., — Pimpin., — As-  
plenii  $\frac{1}{2}$  Manip. duos, coquuntur cum Aqua ex  
Libr. octo ad Libr. quinque, in colatura ex-  
pressa solve Sacch. albi Libr. quatuor, Mell.  
despum. Libr. semis.

**SYRUPUS ADSTRINGENS MAGISTRALIS**  
s. *Rhei et Rosarum compositus.*

Rec. Rosar. rubr. Unc. duas, Rad. Rhei Unc. unam et semis, Myrobalanor. citrin., Flor. Granator.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, infunde Aq. ferr. Libr. quatuor, digere per horas 24, cola et filtra per chartam; seorsum digere Cinnamomi, Ligni Santal. citrin.  $\frac{1}{2}$  Drachm. duas, et Aq. Rosar. Unc. octo in balneo aquae; tum coque in catino Syrupi simpl. Libr. tres, cui adde decoctum illud adstringens, tum Succi Berberid., — Ribium  $\frac{1}{2}$  Unc. quatuor, denique adde Infusum illud aromaticum.

## SYRUPUS ADSTRINGENS SAINTE-MARIE.

Rec. Rad. Lopeziae Unc. unam, Aq. ferv. Libr. duas, digere per horas 48, coque ad Unc. sedecim remanentiam, in quibus solve Sacch albi Libr. unam.

## SYRUPUS ADSTRINGENS JOUBERTI.

Rec. Bacc. Myrrill. Drachm. triginta, — Berberid., Fol. Rhois, Granat.  $\frac{1}{2}$  Drachm. vi-ginti, Fruct. Mespili, — Sorbi immatur.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Succ. Granat. — Cydon.  $\frac{1}{2}$  Libr. duas et Unc. octo, coque, colatur. adde Sacchari albi Libr. sex et Unc. octo, Ligni Santali citrin. Unc. semis, Cinnamomi Drachm. duas.

## SYRUPUS AETHHEREUS, s. cum

Aethere sulphurico, s. cum Naphtha Vitrioli. Aethersyrup.

*Siroop d'éther.*

Rec. Syr. simpl. Unc. sedecim, Naphth. Vitrioli Unc. unam, conquassando misce et Syrupum limpidum separa.

SYRUPUS DE AGRESTA, Syrupus Omphacii, s. Succi Agrestae. Unreife Traubensyrup. *Siroop de Verjus.*

Rec. Agrestae sive Succi Uvarum, quae paulo antequam maturuerint, expressi, Libr. unam et semis, Sacch. albi Libr. duas. Coquantur, in vase sigulino vitreato ad justi Syrupi consistentiam.

## SYRUPUS ALCALINUS Ph. Genev.

Rec. Sal. Tartari Drachm. tres, Syr. simpl. Unc. sex.

## SYRUPUS ALKERMES vid. Syrupus Granorum Kermes.

SYRUPUS ALLII. *Rheubarbtsyrup. Siroop d'Ail.*

Ph. Amer., Dubl.: Rec Rad. Allii sativi concis. Libr. unam, Aqua ferv. Unc. triginta duas, infunde, cola, in colatura solve Sacch. albi pondus duplum colaturee, cola. Ph. Fenn., Lusit., Suec., Herbis.: Allii partem unam, Aq. part. duas. Disp. Lipp. Alli part. sex, Aq. duodecim, Sacchari sedecim.

## SYRUPUS DE ALLIO FULLERI.

Rec. Rad. Allii concis., Sem. Anisi contus.  $\frac{1}{2}$  Unc. semis, Rad. Enulae Drachm. tres, — Liquir. Drachm. duas, Spir. Vini Call. Libr. duas, digesta cola, adde Syrupi Libr. duas, flamma admota liquorem accende, agita rudi-cula donec extinguitur, cola.

SYRUPUS ALTHAEAE. *Ci-vischsyrup. Siroop de Guimauve.*

Aec. Radicis Althaeae concisae et contusae Unciam unam, in vitrum immissae affunde Aquae destillatae frigidae Uncias duodeviginti;

macerentur per noctem, tum colentur per pannum laneum sine expressione.

In colatura Unciarum quin-decim

leni calore dissolve

Sacchari albi Libras duas.

*Vis:* demulcens, bechica.

Sit Syrupus limpidus, consistentiae tenacis coloris flavescens, non aces-cat nec floccos demissos monstret.

De Pharmacopearum discordantia pa-rum loquamus. Omnes fere Codices Ger-maniae, excepto Hamburgensi, plerique alii aquam servidam Radicibus Althaeae infundi jubent; ponderum ratione non mutata, quo sit, ut Amylon quoque solvatur, et solutio turbida, sedimentum demittens obtineatur. Jure ergo coctionem vel infu-sionem servidam deserit putavimus. Aucto-rem quoque hac in opinione habemus Ph. Gallicam i837, quae methodum, in Gallia a CHEBEAU, apud nos a WELCHERO execi-tat, secuta est. Syrupus Radice cocta vel fervide infusa paratus facilime aciditatem contrahit ex Amylo, quod continet, et medicamentum nauseosum exhibet. In mixtis cum Sulphure aurato mixtis Syrupus acidus odorem ovorum putrefacto-rum excitat, qui summopere pérhorrescit. Ph. Gall. habet: Rad. Alth. Unc. unam, Aq. frigidam Unc. sex, macerentur per horas 12 sine expressione colentur, addantur Syrupi simplicis Unc. triginta due. Asparagino, quod Radicibus Al-thaeae inest, virtutes medicae non adser-buntur. Syrupus frigide paratus limpidor est sed flavor quoque, nec sedimentum in vi-tris medicinalibus demittit. Mucilago vegeta-bilis optime Aq. frigida dissolvitur ex radice.

SYRUPUS DE ALTHAEA FERNELII, s. compositus. *Zusammengesetzter Ci-bitschsyrap. Siroop de Guimauve composite.*

Ph. Wirt.: Rec Rad. Alth., — Gramin., — Asparagi, — Liquirit, Hb. Alth., — Parietar., — Pimpinell., — Plantagin., — Adian-thi albi et nigri  $\frac{1}{2}$  Drachm. tres, Passularum mund. Unc. semis, Cicer. rubr. Unc. unam, incisa coquantur ex Aquas Libris quatuor, usque dum Unciae viginti octo supersint, deinde cum Sacchari albi Libris quatuor, fiat Syrupus. Ph. Dan.: Rad. Althaeae Unc. tres, Aq. commun. Libr. sex, coque ad consumptio-nem tertiae partis, sub finem adde Rad. Liquir. Unc. tres, in colatur. solve Sacch. albi Libr. sex. Ph. Sard.: Rad. Alth. Unc. quatuor, — Pimpinell. alb., Baccar. Alkekengi  $\frac{1}{2}$  Unc. duas, Hb. Alth., — Parietar.  $\frac{1}{2}$  Manip. tres, Aq. commun. Libr. decem, coque ad quartae partis consumptionem, in colatur. solve Sacch. alb. Libr. quatuor, coque ad Syrupum.

**SYRUPUS AMMONIACI** s. de Ammoniaco vinosus s. expectorans. Ammoniaffsyrup. *Siroop d'Ammoniaque.*

Rec. Gummi Ammoniaci pulverati Unc. duas, dissolve leni calore in Vini albi generosi Unciis decem, adde Sacchari albi, ad consistentiam tabulati coquendi, Uncias sedecim. Agitentur dum refrigerescant. Hanc formulam habent Ph. Wirt., Hann., Slesv.-Hols., Hamb.

**SYRUPUS AMYGDALARUM** vid. Syrupus emulsivus.

**SYRUPUS AMOMI ZINGIBERIS** vid. Syrupus Zingiberis.

**SYRUPUS ANALEPTICUS** VOGLER Weilb.

Rec. Syrup. Rhœeados Drachm. quatuordecim, Elixir. Acid. VOGLERI Drachm. duas.

**SYRUPUS ANETHI** vid. Syrupus Foeniculi.

**SYRUPUS ANODYNUS** Ph. Herbig.

Rec Sem. Stramonii grossissimae contusorum Unc. unam, Aceti Libr. unam, digere, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas.

**SYRUPUS ANTHEMIDIS** vid. Syrupus Chamomillae.

**SYRUPUS ANTIARTHriticUS** et **ANTI-HYDROPICUS** vid. Syrupus de Scammonio.

**SYRUPUS ANTIMONIATUS** vid. Syrupus emeticus.

**SYRUPUS ANTISCORBUTICUS**, s. de BARATEAU, Syrupus Cochleariae officinalis compositus. Antiscorbutischer Syrup, Löffelfrautsyrap, Mährrettigsyrap. *Siroop antiscorbutique,*

*Siroop de Raifort composé.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. recent. Cochleariae, — Trifol. fibrini, — Nasturtii, Rad. Raphani rusticani, Pomorum Aurantiorum recentium amarorum — Unc. sedecim, Cinnamomi Unc. semis, Vini albi generosi Libr. quinque et Unc. quatuor, macerentur per duos dies tum ex balneo aquae destillent Unc. sedecim, in quibus in vase clauso dissolve Sacchari albi Unc. triginta duas. Herbas in vase destillatorio residuas exprime, succum sepone ut clarificetur; adde Sacchari albi Unc. triginta duas et Albumine Ovorum clarificando in Syrupum coque, cui refrigerato liquorem illum priorem admisces. Brevius agitur, si absque destillatione Vinum exprimes et in colato totam Sacchari copiam leni calore solves.

**SYRUPUS ANTISCORBUTICUS DE PORTAL**. Portal's antiscorbutischer Syrup. *Siroop de Raifort et de Gentiane composé.*

Rec. Rad. Gentian. Unc. duas, — Rub. tinct., Cort. Chin. — Unc. unam; infunde Aq. bull. q. s., colatura adde Syrup. Sacchar. Libr.

undecim. Coque ad consistentiam Syrupi. Tunc rec. Rad. Armorac. Unc. duas, Hb. Nasturtii, — Cochleariae — q. s. ad Succ. express. Unc. duodecim, quibus adde Sacchar. alb. Unc. viginti duas. Fiat Syrupus, et misce cum priore.

**SYRUPUS ANTISCROPHULOSUS BORIES.**

Rec. Cort. Chinae rubr., Rad. Gentian. — Unc. tres, Cort. Mezerei Unc. unam et semis, Hb. Digitalis purpur. Drachm. duas et semis, Aq. commun. Libr. duas, coque, cola, in colatura Unc. sedecim infunde Cort. Aurant. Unc. unam, Caryophyll. Unc. semis, in colatura dissolve Sacchari albi Unc. triginta duas.

**SYRUPUS ANTISYPHILITICUS LAREYI.**

Rec. Rad. Sarsaparillae Unc. triginta duas, Aq. commun. Libr. tredecim, macerata per horas 12 coque per duas et cola; residuum coquatur bis cum aequali copia aquae; colaturas tres junctas sepone; praeterea recipe Flor. Rosar. rubr. Unc. semis, Fol. Senn. Unc. duas, Sem. Anisi Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. duas, Succi Boraginis depurati Unc. octo, infunde in balneo aquae per horas 12, cola cum expressione et sepone; interea decoctum Sarsaparillae ad Libr. octo evaporet, cui deinde addantur Infusum illud supra dictum et Sacchari albi, Mell. albi — Libr. quatuor; Syrupum albuminibus ovorum clarificatum bullientem cola per manicam, rite fac evaporare tum refrigerare. Tunc recipe hujus Syrupi Libr. tres et Unc. quatuor, Sal. Ammon., Mercur. sublimat. corros., Extr. Opii — Gran. decem, Liquoris mineral. anodyn. Hoffm. q. s. ad solvendum Sal Ammoniacum et Sublimatum; misce.

† **SYRUPUS ANTISYPHILITICUS s. ANTI-VENEREUS ST. ILDEPHONT.**

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. quindecim, Spir. Vini rectis. Drachm. duas, bene tritura ut bullae dispareant et Sal solvatur, tum infunde in Syr. Capill. Vener. Libr. duas; in balneo aquae Spiritus evaporet.

**SYRUPUS APII s. Radicum Apii.**

Rec. Rad. Apii graveolentis Unc. unam, Aq. Apii dest. Unc. triginta duas, digere in balneo aquae per horas duas, cola, filtra, in colatura solve Sacchari albi duplum pondus.

**SYRUPUS APII COMPOSITUS** vid. Syrupus de Quinque Radicibus.

**SYRUPUS AQUILEGIAE** Disp. Brunsv.

Rec. Flor. Aquilegiae recent. Libr. duas, Aq. ferv. Libr. quatuor, digere, cola, colaturam his in eandem Florum novorum copiam infunde; in colatura tertia solve Sacch. albi Libr. quatuor, clarifica et cola rite inspissatum.

**SYRUPUS ARMORACIAE** s. Raphani rusticani. Mährrettigsyrap. *Siroop de rai-fort sauvage.*

Ph. Suec.: Rec. Succi recenter expressi Cochleariae Armoraciae q. v., Sacch. albi q. s. ad consistentiam Syrupi (e.gr. duplum). Disp. Fuld., Lipp.: Succi et Sacchari par pondus.

SYRUPUS ARMORACIAE COMPOSITUS  
vid. Syrupus antiscorbuticus.

SYRUPUS AROMATICUS vid. Syrupus Artemisiae compositus.

SYRUPUS ARTEMISIAE. *Ucifusijyryp. Sirop d'Armoise.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. Artemisiae vulgaris Unc. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim, in colatura solve Sacch. albi Unc. triginta duas. Ph. Wirt.: Rad. Rubiae tinct., — Ruscus <sup>aa</sup> Unc. duas, Hb. Artemisiae Unc. unam, — Pulegii, — Melissae, — Dictamni Cretici, — Sabine <sup>aa</sup> Drachm. tres, Flor. Hyperici Drachm. duas, Sem. Nigellae Unc. unam et semis, Cassiae ligneae Unc. unam. Radicibus incisis infunde Aquae fontanae Libr. tres; macerentur per noctem, mane leniter ebulliant, ad colaturee remanentiam Librarum duarum, quam infunde herbis et reliquis ingredientibus, minutum incisa facta digestione per viginti quatuor horas exprimantur; in colaturee Uncis novem dissolve Sacchari albi Uncias sedecim, et per pannum cola.

SYRUPUS ARTEMISIAE COMPOSITUS, s. aromaticus. *Zusammengesetzter Beifusijyryp. Sirop d'Armoise composé.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Summitat. Artemisiae vulgaris Unc. sex, Rad. Enulae, — Levisticum, — Foeniculi <sup>aa</sup> Unc. semis, Hb. Menth. Pulegii, — Nepetae catariae, — Sabinae <sup>aa</sup> Unc. sex, — Majoranae, — Hyssopi, — Matricariae, — Rutae, — Basilici <sup>aa</sup> Unc. tres et semis, Sem. Anisi, Cinnamomi <sup>aa</sup> Drachm. novem, Mellis albi Unc. triginta duas, Aq. commun. Libr. viginti et unam; macera per dies tres, tum destillatione Unc. octo elice, in quibus solvas Sacchari albi Unc. sedecim. Residuum destillationis exprime, subsidendo clarifica, in liquore decanthato solve Sacchari albi Libr. quinque et Unc. quatuor, albumine clarifica tum adde Syrupum aromaticum priorem.

SYRUPUS CUM ARTEMISIA ET CASTOREO LEMERY.

Rec. Hb. Artemisiae Unc. tres, Aq. comm. Libr. quatuor, Arcani dupl. Unc. semis, Cinnamomi Drachm. tres Castorei, Spicae Nardi <sup>aa</sup> Drachm. unam, Sacch. albi Libr. duas. Artemisia cum Aqua coque ad colaturam Libr. duarum, in qua Saccharum solve denique certa admisce in nodulum ligata.

SYRUPUS AD ARTHRITOEM ET HYDROPEM vid. Syrupus de Scammonio.

SYRUPUS DE ARUNDINE s. Calami.

Rec. Cort. Citri recent. Unc. sex, digere in Succi Pomorum Libr. semis, exprime, cola; Radicis Calami recentis concisae Unc. duodeviginti digere in Succi Pomorum Unc. duodevinti et Aquae commun. Libr. sex, coque ad dimidiandum, adde Flor. Farsarae Manip. duos, cola, exprime, solve Sacchari albi Libr. unam, Mellis albi Libr. tres, clarifica et decoque ad Syrupum.

SYRUPUS ASPARAGI, s. cum Succo Asparagi, s. Turionum Asparagi. *Spargelesjyryp. Sirop de Pointes d'Asperges.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Succi expressi et depurati Asparagorum Libr. unam, in balneo Aquae in illo dissolve Sacchari albi Libr. duas. Methodus de Rosira per nimias ambages ducta illam simpliciorem minime superat.

SYRUPUS ASTHMATICUS FULLER.

Rec. Hb. Digital. Unc. duas, Aq. Hyssopi, — Pulegii <sup>aa</sup> Unc. octo, macerentur per horam adde colatura Rad. Liquir. Unc. semis, Rad. Enulae, — Sem. Anisi <sup>aa</sup> Drachm. unam, Agarici Drachm. duas, fiat infuso calida per horam; in colaturee Uncis undecim solve Sacch. albi. Unc. duodeviginti; in colaturee non saccharatae Unc. una solve Gummi Ammon. Unc. semis, denique utrasque colaturas misce, adde Tinct. Benzoes Drachm. tres.

SYRUPUS ATRIPLICIS vid. Syrupus Chenopodii.

SYRUPUS AURANTIORUM s. e Succo Aurantiorum. *Bomeranzenfatisfyryp. Sirop d'Oranges.*

Ph. Gall. 1833: Rec. Succi Aurantiorum depurati et filtrati Libr. duas, Sacchari albi Libr. tres et semis, leni calore sole et adde Elaeosaccharum Aurantiorum, quo juncundior fit. Ph. Gall. 1837: Succi Unc. sedecim, Sacchari Unc. triginta. (Cf. Syrupus Corticum Aurantiorum.)

SYRUPUS AURI NIEL.

Rec. Auri pulver. praecipitati Scrup. unum, Syr. Sacch. Unc. unam.

SYRUPUS AURI MURIATICO-NATRONATIBORIES.

Rec. Auri muriatico-natronati Gran. unum, Syr. Sarsaparill. Unc. octo.

SYRUPUS BALSAMI PERUVIANI s. Balsami Indiei nigri s. balsamicus. *Perubalsamsjyryp. Sirop de Baume de Perou.*

Rec. Balsami Peruvi. Unc. unam, Aq. fervid. Libr. unam, digere in vase clauso; post refrigerium decantha et in liquoris Unc. decem solve Sacch. albi Unc. duodeviginti. Hanc formulam Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hann. et Polon. habent. Ph. Wirt. et Brunsv.: Julapii rosati Libr. unam, Tinct. Balsam. Peruvi. Unc. semis.

SYRUPUS BALSAMI TOLUTANI s. balsamicus, s. Toluifera Balsami, s. Tolutanus. *Tolubalsamsjyryp. Sirop de Baumé de Tolu.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Balsami Tolut. Unc. quatuor, Aq. comm. Unc. sedecim, digere in balneo Aquae per horas duas interdum agitanda, filtra, adde Sacchari albi duplum, quod erat colatura, dissolve leni calore in vase clauso et colla. Ph. Hamb. 1835: Syr. simpl. Unc.

tres, Tinct. Balsami Tolutani Drachm. unam. Ph. Lond. 1836: Balsami Tolutani Drachm. decem, coque cum Aquae comm. Unc. sedecim, liquorem refrigeratum cola in quo solve Sacch. albi Libr. duas et semis. Ph. Edinb., Amer. 1820: Tinct. Balsami Tolutani Unc. unam, Syrupi simpl. vix refrigerati Libr. duas, Tincturam sensim Syrupo immisce.

SYRUPUS BECHICUS vid. Arcanum bechicum (p. 99).

SYRUPUS BELLADONNAE s. cum Extracto Belladonnae. Belladonnae Syrup. Sirop de Belladonne.

Ph. Gall. 1837: Rec. Extr. Belladonnae Gran. viginti septem. solve in Aq. comm. Unc. dimidia, admisce Syrupi simplicis bullientis Unciis sedecim.

† SYRUPUS BELLETI MERCURIALIS.

Rec. Mercurii nitrosi crystallis Drachm. tres, solve in Aquas destill. cum Acido nitrico acidulatae, Drachm. decem, adde Syr. simpl. Libr. duas et semis, Spir. Nitr. dulcis Drachm. unam.

SYRUPUS BELLIDIS E SUCCO. Gänseblumen-Syrup. Sirop de petite Marguerite.

Rec. Succi, e tota planta Bellidis minoris, depurati, et ad dimidiis evaporati, Unc. novem, Sacchari albi Unc. sedecim. Fiat saccharo unica ebullitione solvendo syrups, qui per pannum colatus servetur.

SYRUPUS BENZOES. Benzoes Syrup, Sirop de Benjoin.

Ph. Gall. 1838: Rec. Benzoës Libr. semis, Aq. comm. Libr. duas, digere in balneo aquae per horas 12,cola, in colatura solve Sacchari duplum.

SYRUPUS BERBERIDIS, s. Berberidum. Berberitzen-Syrup. Sirop de Berberis.

Rec. Succi Berberidum depurati Uncias vingt, Sacchari albi Libras tres, solve unica ebullitione, cola per pannum laneum. Codices Germaniae plurimi, scil. Bor ed. 5, Hass., Slesv.-Hols. tum Polon. hanc formulam habent. Ph. Wirt., Dan. Succi Unc. decem, Sacchari Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837: Succi Unc. sedecim, Sacchari albi Unc. triginta. Ph. Bavar.: Saccharum duplum sit Succi.

SYRUPUS BETONICAE. Betonis Syrup. Sirop de Betoine.

Ph. Wirt.: Rec. Herbae Betonicae recens siccatae Unc. quatuor. Incisa macerentur in Aquae Betonicae destillatae Libr. una. Post sufficientem extractionem exprimantur et in expressi Unciis novem dissolve unica ebullitione Sacchari albi Unc. sedecim. Syrupus colatus per pannum, servetur.

SYRUPUS BETULAE.

Succus Betulae verno tempore ex cortice

vulnerato collectus ad Syrupi consistentiam evaporet.

SYRUPUS BORAGINIS. Boratsch-Syrup, Sirop de Bourrache.

Ph. Wirt.: Flor. Borag. recent. Libr. semis. Infunde in Aquae fontanae ferventis Libra una; digerantur per noctem, exprimantur, et infusi clarificati Unciis novem, adde Sacchari albi Uncias sedecim. Ph. Gall. 1837: Succi expressi HL. Borag. Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, solve.

SYRUPUS BOYLEANUS SPIELMANN.

Rec. Rad. Consolid. major. Unc. sex, Hb. Plantag. Unc. tres, contunde, exprime succum, quem purifica, tum coque cum Sacchari albi pari pondere in Syrupum.

SYRUPUS BRASSICAE RUBRAE.

Ph. Gall. 1837: Rec. Brassicae oleraceae rubrae q. v., contunde, succum exprime, quem cum duplo pondere Sacchari albi in Syrupum coque.

SYRUPUS BRYONIAE.

Ph. Wirt.: Rec. Succi radicum Bryoniae defaecati Libr. unam et semis, Sacchari Unc. triginta duas. Fiat, unica ebullitione, post Sacchari despumationem, Syrupus.

SYRUPUS BUGLOSSI Ph. Wirt.  
sicut Syrupus Boraginis ejusd. Pharm.

SYRUPUS BYZANTINUS MESUES.

Rec. Succi Apii, — Endiviae — Libr. duas, — Buglossi, — Lupuli — Libr. unam, Sacch. albi Libr. quatuor.

SYRUPUS BRUNELLAE Ph. Wirt.  
sicut Syrupus Boraginis.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS. Capillärsyrup. Sirop capillaire.

Rec. Herbae Capillorum Veneris concisae Uncias tres, infunde Aquae communis fervidae Libras tres et dimidiem; in infuso colato blando calore dissolve

Sacchari albi Libras quinque ut fiat Syrupus, cui admisce Aquae Naphae Uncias duas.

Hanc formulam Ph. Wirt., Brunsv., Hann. habent et non mutandam putavi. Ph. Hass.: Hb. Capill. Vener. Unc. unam, Aq. fervid. q. s. ut sit colatura Unc. duodeviginti, in quibus solve Sacch. albi Libr. tres et semis,

adde Syrupo Aq. Naphae Unc. sex. Ph. Gall. 1837: Hb. Adianthi pedati (Canadensis) Unc. sex, Aq. fervid. Libr. quatuor, in colatura solve Sacch. albi Libr. quinque et Unc. quatuor. Ceterorum Codicum varietatem omissimus. Non raro hic Syrupus ex Capillo Veneris nigro, qui ab Asplenio Adianto nigro Linn. derivatur, paratur. Hanc ego filicem pro dulcedine et suavitate odoris imo Capillo Veneris genuino vel Monspeliaca anteponendam censeo, nec vitio vertatur, si in parando Syrupus filix nostra abhibetur.

#### SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS COMPOSITUS.

Rec. Capillorum Veneris Unc. quinque, Linguae Cervinae Unc. semis, Malvae Drachm. duas, Rad. Asparagi Unc. unam, Glycyrrhizae Unc. duas. Macerentur in aquae fontanae simplicis Libris duabus et digerantur loco calido per noctem. Mane coquuntur ad consumtum circiter Unciarum sex. Residuo expresso, et albumine ovi clarificato, adde Sacchari albi Uncias triginta duas. Fiat unica ebullitione Syrupus.

SYRUPUS CAPITUM PAPAVERIS vid. Syrupus Diacodii.

#### SYRUPUS CAPRIFOLII Ph. Gall. 1837 et 1837.

Rec. Flor. Caprifolii recent. Libr. quatuor, Aq. ferv. Libr. octo, infunde, cola, colaturam decanthatione depura, tum in ea solve Sacchari albi duplum pondus ut fiat Syrupus.

#### SYRUPUS CARDIACUS Ph. Wirt.

Rec. Vini generosi Unc. octo, Aq. Rosarum Unc. duas et semis, Cinnamomi Drachm. tres, Caryophyll. Drachm. unam, Rad. Zingiberis Drachm semis. Infusa digerantur, ac sufficiente facta extractione exprimantur; in expresso solvantur Sacchari Unciae sedecim.

#### SYRUPUS CARDUI BENEDICTI Ph. Pal., Brunsv.

Rec. Succi Hb. Cardui bened. evaporatione ad dimidium redacti Unc. duodevinti, Sacch. albi Unc. triginta duas, solve, cola.

#### SYRUPUS CARTHAMI SOLUTIVUS Ph. Hisp.

Rec. Sem. Carthami Unc. quatuor, Aq. commun. Libr. sex, decoquuntur ad colatur. Libr. quatuor, sub finem adde Fol. Senn. Unc. quatuor, Sem. Anisi Unc. semis, in colatura solve Sacch. albi Libras duas.

SYRUPUS CARYOPHYLLI vid. Syrupus Dianthi.

#### SYRUPUS CASCARILLAE Ph. Wirt.

Rec. Cort. Cascariell. Unc. tres, infunde Vini albi Unc. viginti duas, in colatura solve Sacch. albi Unc. triginta duas.

#### SYRUPUS CATECHU. Catechushydrup. Sirop de Cachou.

Ph. Gall. 1837: Rec. Extr. Catechu purificat. Drachm. unam et Scrup. duos, solve, in

Aq. comm. Unc. duabus, adde Syrupi simpl. ebullientis Unc. sedecim.

#### SYRUPUS CENTAURII MINORIS Ph. Wirt.

Rec. Flor. Centaurii minoris recent. Libr. unam; incisis infundatur Aquae fontanae fermentis Libra una; stent per noctem, mane exprimantur, et expressum Florum recent. Librae uni infundatur; post macerationem per noctem exprimantur; colatura albumine ovi clarificate Unc. novem adde Sacch. albi Unc. sedecim.

#### SYRUPUS CEPARUM. Zwiebelsyrup. Sirop d'oignons.

Rec. Ceparum albarum Unc. octo, coque in Aq. comm. Libr. duabus et Unc. octo, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas et Unc. octo, coque ad Syrupi consistentiam.

#### SYRUPUS CERASORUM. Kirschenhydrup. Sirop de Cerises.

Synon.: Syrupus Cerasorum acidorum.

Rec. Cerasorum acidorum cum nucleis contusorum quantum placet, contusa stent per tres dies, deinde expime, et succum quiete defaecata. In hujus

Succi Unciis viginti solve leni calore

Sacchari albi Libras tres, Syrupus per pannum laneum coletur.

Hanc formulam satis concinnam et usu probatam habent Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hamb., Hass., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. Succi partem unam, Sacchari partes duas Ph. Fenn. et Lipp. habent. Ph. Gall. Succi Unc. sedecim, Sacchari Unc. triginta Ph. Dan., Wirt Succi decem, Sacchari sedecim partes. Ph. Ferr. par pondus amborum.

#### SYRUPUS CHALYBEATUS.

CADET: Rec. Vitrioli Mart. Unc. unam, solve in Aq. comm. ferv. Unc. octo, solutioni filtratae adde Sacch. albi Unc. sedecim, Gummi Arab. Unc. duas. Ph. Sard. Vini martial. Libr. duas, Aq. Cinnam. vinos. Unc. semis, Syr. Sacch. Libr. duas, decoque in Syrupum.

#### SYRUPUS CHALYBEATUS WILLISI.

Rec. Vitriol. Mart. Drachm. unam, Aquae Drachm. duas, Syr. Gummi Arab. Unc. septendecim et Drachm. tres.

#### SYRUPUS CHAMOMILLAE. Chamillyhydrup. Sirop de Camomille.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols.: Rec. Flor. Chamomill. vulg. Unc. quatuor, Aq. ferv. q.s. ut colatura Unc. viginti obtineatur, in qua

leni calore solve Sacchari albi Libr tres. Ph. Hann.: Flor. Chamom. Unc. octo, Aq. dest. fervid. Libr. tres, in colatur Unc. viginti octo solve Sacch. alb. Libr. quatuor Ph. Hamb.: Flor. Chamom. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. octo, in colatura Unc. septem solve Sacch. alb. Libr. unam. Ph. Gall. 1837: Flor. Chamom. Libr. unam, Aq. ferv. Libr. duas. Sacchari duplex colatura Ph. Wirt., Palat.: Flor. Chamom. vulg. recent. Libr. unam, infunde Aq. font. fervent. Libr. unam. Stent in vase probe clauso, per duodecim horas, postea exprimantur; infusio repetatur in Flor. Chamom. Libr. altera, post extractionem exprimatur et clarificetur infusum, atque ex ejusdem Unc. novem cum Sacchari albi Unc. sedecim fiat Syrupus.

**SYRUPUS CHENOPODII s. Atriplicis Mexicanae Ph. Wirt.**

Rec. Hb. Chenopodii sive Atriplicis suaveolentis Mexicanae Manip. quatuor, — Erysimi, — Urticae  $\frac{1}{2}$  Manip. duos, — Farfarae manipulum. Infundatur Aque fontanae bullientis Libra una et Succi Raparum alb. Libr. semis, post sufficientem extractionem exprimantur, expresso addantur Sacchari albi Librae duas, fiat Syrupus.

**SYRUPUS CHEREFOLII P. Gall. 1837.**

Rec. Succi depur. Scandicis Cherefolii Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, solve.

**SYRUPUS CHINAE, s. Chiniae-chinae, s. Cinchonae, s. Corticis Peruviani aquosus. Chinashyrup, Tieberrindezuderſaft. Sirop de Quinquina.**

Ph. Gall. 1837: Rec. Pulv. gross. Chinæ fusc., coque in vase obtecto per horam dimidiā cum Aq. comm. Libr. duabus et Unc. octo, cola, consume evaporatione ad dimidium voluminis sui, solve in ipso Sacch. albi Libr. duas et Unc. octo. Ph. Bat., Belg.: Chinæ Unc. duas, Aquæ Unc. viginti quatuor, coque ad colaturam Unc. duodeviginti, additæ Sacchari albi Unc. sex et coque in Syrupum. Ph. Bavar.: Chinæ fusc. part. unan, coque in Aq. comm. part. duodecim, donec octo remaneant, in decocto solve Sacch. albi Unc. sedecim, cola.

**SYRUPUS CHINÆ COMPOSITUS s. Radicis Chinæ compositus.**

Ph. Hisp.: Rec. Rad. Chinæ, — Sarsaparill.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Rasur. Ligni Guajaci, — Santal. rubr.  $\frac{1}{2}$  Unc. unam, Aq. comm. Libr. duo decim, digere per horas 24, tum coctione ad dimidium redige et colaturee additæ Sacch. albi Libr. quatuor, f. Syrupus.

**SYRUPUS CHINÆ VINOSES, Syrupus cum Kina-Kina vino paratus. Weiniger Chinashyrup. Sirop de Quinquina ou vin.**

Ph. Wirt., Slesv.-Hols.: Rec. Cort.

II.

Chinæ pulv. Unc. quatuor, Cinnamomi Unc. unam, Vini rubri generosi Libr. duas, mace- rentur vitro probe clauso, saepius vitrum mo- vendo, per biduum; postea exprimantur ac colentur, in colatura unica ebullitione dissolve Sacchari albi Unc. triginta duas. Fiat Syrupus, qui per pannum colatus, servetur. Ph. Gall. 1837: Extr. mollis Chinæ (frigide parati) Drachm. septem, solve in Vini Lunatensis (*Vin de Lunel*) Unc. sedecim, in solutione solve Sacch. albi Libr. duas Ph. Sard.: Chinæ Unc. duas, Vini Libr. duas, digere per dies duos, Liquori decanthato additæ Chinæ pulveratae Unc. duas, iterum digere et cola, tum solve Sacch. albi Libr. quatuor. Ph. Hisp.: Pulv. gross. Chinæ Unc. quatuor, Vini albi Libr. tres, Spir. Vini rect. Unc. tres, digere in retorta per horas viginti quatuor, post refrigerium cola, et singulis Libris colatu- rae additæ Sacchari albi Libr. duas.

**SYRUPUS CHININI CITRICI ACIDI MAGENDIE.**

Rec. Syr. Sacch. clarif. Unc. sedecim, Chi- nin. citric. Drachm. semis.

**SYRUPUS CHININI SULPHURICI.**

Ph. Gall. 1836: Rec. Chinini sulphur. Gran. viginti septem, solve in Aq. dest. Drachm. duabus, additæ Syr. simpl. Unc. sedecim, Elixir acid. HALLERI Gutt. octo.

**SYRUPUS CHLORURETI AURI ET SODII CHRETIEN.**

Rec. Auri muriatico natronati Gran. unum, Syr. Sacch. simpl. Unc. sex.

**SYRUPUS CICHORII SIMPLEX Ph. Hisp., Sard.**

Rec. Succi recent. Cichorii, Sacch. albi  $\frac{1}{2}$  Libr. quatuor, clarifica et coque in Syrupum. Ph. Ferrar.: Succi part. tres, Sacch. duas.

**SYRUPUS CICHORII COMPOSITUS.**

Rec. Succi expressi Cichorii, — Taraxaci, — Fumariae  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Sacch. albi Libr. unam.

**SYRUPUS DE CICHORIO CUM RHEO, Syrupus Cichorii et Rha- barbari, s. de Cichorio compo- situs.**

Ph. Wirt., Brunsv., Palat.: Rec. Rad. Cichorii Unc. duas et semis, coque in Aquæ fontanae Libra una et semis ad remanentiam Libr. unius, huic additæ Rhabarbari minutissim incisi Unc. unam, Sal Tart. Gran. viginti. Ebulliant lento igne, exprimantur et in expresso dissolve Sacch. albi Unc. sedecim; clarificato et colato Syrupo additæ Aquæ Cinnamomi spirituosaæ Unc. unam. Ph. Gall. 1837: Rad. Rhei Unc. sex, infundit Aquæ communis fervidae Unc. sedecim, digere per noctem, tum cola et liquidum in locum frigidulum sepone. Residuo Rhei admisce Rad. Cichorii Unc. sex, Hb. sicc. Cichorii Unc. novem, Hb. Fumariae, — Scolopendr.  $\frac{1}{2}$  Unc. tres, Bacc. Alkekengi

## 785 SYRUPUS CINCHONINI — SYR. CONSOLIDAE COMPOS.

Unc. duas, affunde Aquae fervidae Libr. tredecim, digere, cola, liquidum decanthatione depura, adde Syrupi Sacchari simplicis Libr. duodecim, et coctione fac evaporare, sub finem adde Infusionem Rhei, consume ad justam consistentiam, denique Cinnamomi et Ligni Santali citrini <sup>aa</sup> Unc. semis in nodulum ligata digere in Syrupo per horas duodecim. Ph. Hisp. Lib. recent. Cichorii Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. quatuor, coque ad tertiae partis consumptionem sub finem addendo Rad. Rhabarbari minutum concisae Unc. quatuor in colatura solve Sacch. albi Libr. quatuor, coque in Syrupo. Multae obveniunt hujus Syrupi varietates, quas enumerare longum est.

### SYRUPUS CINCHONINI MAGENDIE.

Rec. Cinchonini sulphur. Gran. quadraginta, Syr. simpl. Unc. sedecim.

### SYRUPUS CINNAMOMI AQUOSUS. Wässriger Zimtsyrup. Sirop de Canelle aqueux.

Ph. Bat., Belg.: Rec. Pulv. gross. Cinnamomi Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. unam et semis, digerantur per triduum, colature adde Aq. Cinnamomi simpl. Libr. unam et semis, Sacch. albi Libr. tres, fiat leni calore Syrups. Ph. Gall. 1837: Aq. Cinnamomi Libr. unam, Sacch. albissimi Libr. duas, solve.

### SYRUPUS CINNAMOMI. Zimtsyrup. Sirop de Canelle.

*Synon.:* Syrupus Cinnamomi vinosus s. alcoholicus.

Rec. Cinnamomi acuti in pulverem grossiusculum contusi Uncias duas,

Aquae Cinnamomi vinosae Libram unam,

Aquae Rosarum Uncias duas, digerantur in vase clauso loco tepido per biduum. In colatura Unciarum undecim blando calore solve

Sacchari albi Libram unam et dimidi.

Sit Syrupus coloris erubente fuscet, odoris et saporis Cinnamomi.

Hanc formulam Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Hann., Hass., Oldenburg., Slesv.-Hols. habent. Disp. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Cinnam. optimi grossisculi contusi Unc. quinque; reponantur in cucurbitam vitream, addanturque Aq. Cinnamomi optimae, cum vino destill., Libr. due, Aq. Rosarum odoratiss. Unc. duea. Stent in loco calido, bene obturato vase, ne quid ex-

spiret, horis viginti quatuor atque cum Sacch. atbiss. clarificati ad consistentiam tabulati cocti Libr. tribus Unc. quatuor, fiat Syrupus. Ph. Ross. Aquam Rosarum ex hac formula omisit. Ph. Polon.: Cinnamomi Unc. duas, Aq. Cinnam. vinosae Unc. quatuordecim, Sacch. albi Libr. unam et semis. Ph. Saxon. 1837: Cassiae Cinnamomeae Drachm. tredecim, Aq. Ciunam. vinosae Unc. decem, — Rosar. Unc. duas, Sacch. albi Unc. sedecim.

### SYRUPUS CITRI vid. Syrupus Acetositis Citri.

### SYRUPUS CITRI E TOTO Ph. Wirt.

Rec. Cort. Citri exteriorum recent. Unc. duas et semis, incisis infunde Succi Citri recent. Unc. viginti duas. Post digestionem exprimantur, in expresso dissolve Sacch. albi Unc. triginta. Servetur usui Syrupus.

### SYRUPUS COCHLEARIAE Ph. Wirt.

Rec. Succi Cochleariae recenter expressi Libr. unam et semis; abstrahantur lento igne, in cucurbita vitrea, Unc. sex, residuum clarificetur et evaporet ad remanentiam Unc. sex, in quo dissolve Sacch. albi Unc. octodecim atque per pannum colato Syrupo, adde aquam abstracti-  
ti. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Asparagi ejusdem Pharm. ex Herba rec. Cochleariae.

### SYRUPUS COCHLEARIAE COMPOSITUS vid. Syrupus antiscorbuticus.

### SYRUPUS COERULEUS = Syrupus Vio- larum.

### SYRUPUS COFFEAE. Kaffeesyrup.

Rec. Infusi Coffeae tostae concentrati par-  
tes quinque, Sacchari albi partes novem,  
solve. FERRARI: Coffeae tostae Unc. qua-  
tuor, infunde Aq. ferv. Libr. unam et semis,  
cola, residuo affunde Aq. ferv. Unc. sex, ite-  
rum digere etcola, in colaturis junctis solve  
Sacch. albi Libr. tres.

### † SYRUPUS COLCHICI Ph. Edinb.

Rec. Sem. Colchici Unc. unam, extrahe cum  
Aceti Unc. sedecim, in colatura solve Sacch.  
alb. Unc. viginti sex et coque in Syrupo.

### SYRUPUS COMITIS = Syrupus Carthami solutivus.

### SYRUPUS COMMUNIS vid. Part. I, p. 344.

### SYRUPUS CONSOLIDAE s. Symphyti- Beinwellsyrup. Sirop de Consoude.

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Consolidae ma-  
joris Unc. unam, extrahe cum Aq. frigid. Unc.  
sex, adde Syrup. simpl. Unc. triginta duas et  
coque in Syrupo. Rectius erat addere Sac-  
charum quam Syrupo, ut inspissatio evita-  
reter.

### SYRUPUS CONSOLIDAE COMPOSITUS RICHARD.

Rec. Rad. Consol. maj. Drachm. sex, Hb.  
Consol. maj. et min. <sup>aa</sup> Unc. quatuor, — Pim-

pinell., — Polygon. avic., — Plantag. aa Unc. duas, Flor. sicc. Tussilag., — Rosar. rubr. aa Unc. unam, Aq. Libr. octo ad quinque Decoc., Sacch. alb. Libr. quinque et Unc. quatuor. Cf. Syrupus e Symphyto FERNELLI.

**SYRUPUS CONTRAYERVAE** Ph. Wirt., Bruns.

Rec. Rad. Contrayervae minutum incisarum Unc. quatuor, infundatur per noctem Aquae fontanae ferventis Libr. duea, mane leniter ebullient ad colatura Libr. unius remanentiam additum Succi Citri Unc. octo, Sacch. albi Unc. triginta duas. Fiat, unica ebullitione, Syrupus.

**SYRUPUS CONTRAYERVAE COMPOSITUS** Ph. Wirt.

Rec. Pomorum Citri integrorum N° sex, concisis et cucurbitae vitreae injectis adde Rad. Contrayervae Unc. unam et semis, — Serpentariae Virginianae Unc. unam, Sem. Cardui bened., — Mariae aa Unc. unam et semis, Granorum Kermes Drachm. duas, Succi Granator. dulcium Libr. duas. Digerantur per viginti quatuor horas, tum, facia expressione additis Sacchari albi Libr. tribus fiat, Syrupus.

**SYRUPUS COPAIVICUS** s. balsamicus. Copaiavasyrup.

Disp. Fuld.: Rec. Tinct. Balsami Copaivae Drachm. unam; Syrupi simpli calidi Unc. tres. Disp. Lipp.: Gummi Arab. Drachm. tres, Aq. comm. q. s. ut fiat mucilago, adde Balsami Copaivae Unc. unam et semis, tum sensim adde Syr. simpl. Unc. duodeviginti.

**SYRUPUS CORALLINAE** vid. Syrupus Helmuthochorti.

**SYRUPUS CORALLIORUM RUBRORUM** Ph. Wirt.

Rec. Coralliorum rubr. pulveris. Unc. duas, Succi Berberini, perfectae maturitatis, depurati Libr. unam. Digerantur, calore moderato, per triduum, vel quoque corallia bulbulas emittere cessant: dein succus, per inclinationem, separetur. Rec. Succi hujus, Coralliorum solutione impraeagniti, Unc. decem, et Sacchari Unc. sedecim, lenta ebullitione, redigantur in formam Syrupi.

**SYRUPUS CORDIALIS** Ph. Parm.

Rec. Vini Malvatici Libr. duas, Sacch. pulv. Libr. quatuor, fiat Syrupus, cui adde Aquae Cinnamomi simpl. Unc. unam et semis.

**SYRUPUS CORTICIS PERUVIANI** vid. Syrupus Chinæ.

**SYRUPUS CORTICUM AURANTIORUM.** Pomeranzenschalensyrup. *Siroop d'écorces d'oranges.*

Rec. Corticum Aurantiorum siccatorum a substantia in-

teriorum mundatorum et cisorum Uncias quatuor, infunde

Vini albi generosi Libras duas et semis,

digere in vase clauso per biduum et expime. Uncis viginti colatura adde

Sacchari albi Libras tres, et in balneo aquae solve.

Sit Syrupus coloris e flavescentia fuscæ, odoris et saporis gratissimi aromatici.

Hanc formulam ex Ph. Bor. ed. 5, cum qua Hann. et Slesv.-Hols. congruant, desumimus. Ph. Hamb. 1835: Flaved. Cort. Aurant. Unc. quatuor, minutum concisis affunde Aquae fervid. Libr. quinque, Spir. Vini rectis. Unc. tres, digere per biduum, cola, in colatura Libr. quatuor cum dimidia solve Sacchari albi Libr. octo, unica ebullitione fiat Syrupus, eui adde Tinct. Cort. Aurant. Unc. duas. Ph. Bavar.: Cort. Aurant. part. unam, Vini albi part. duodecim, digere cola, in colatura solve Sacchari pondus sesqui alterum. Ph. Gall. 1837: Cort. Aurant. Unc. tres, Aquae fervid. Unc. viginti duas, digesta per diem et noctem cola, adde colatura pondus duplum Sacchari solve in balneo aquæ. Haec Pharmacopea alteram formulam hujus Syrupi ex corticibus recentibus parandi habet, scilicet Cort. Aurant. recent. Unc. tres, Aquæ fervid. Unc. sedecim, cola, adde Sacchari pondus duplum, quod erat colatura. Ph. Lond. 1836: Cort. Aurant. rec. Unc. duas et semis, Aq. ferv. Unc. viginti, in colatura solve Sacchari albi Libr. tres. Ph. Edinb.: Cort. Aurant. Unc. tres, Aquæ Libr. unam et semis, Sacchari Libr. tres. Ph. Dubl.: Cort. Unc. octo, Aquæ ferv. Libr. sex, in colatura solve Sacchari Libr. viginti novem. Ph. Wirt.: Cort. Aurant. recent. Unc. quatuor, Vini albi Libr. unam, colatura adde Sacchari albi ad consistentiam tabellarum cocti Unc. duodeviginti. Ph. Saxon. 1837: Cort. Aurant. sicc. Unc. unam, Vini albi Libr. unam, Sacchari albi Unc. sedecim.

**SYRUPUS CORTICUM CITRI.** Citronenschalen-syrup. *Siroop d'écorces de Citrons.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cort. Citri recent. Unc. tres, infunde Aq. ferv. Unc. sedecim, in colatura solve Sacchari albi Unc. sedecim. Ph. Wirt.: Cort. Citri rec. Unc. quatuor, Granor. Kermes Drachm. duas, Vini albi Libr. unam, colatura adde Sacchari albi ad consistentiam tabularum cocti Unc. duodeviginti.

**SYRUPUS CROCI.** Safransyrup. *Siroop de Safran.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Croci Unc. unam,

infunde vini Malacensis Unc. sedecim, macerata cola, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Slesv.-Hols.: Croci Unc. semis, Vini Gallici albi Libr. unam, digerantur per aliquot horas, in colatura Unc. decem solve blando calore Sacch. albi Unc. duodeviginti. Ph. Lond. 1836: Croc. Drachm. decem, Aq. ferv. Unc. sedecim, Sacch. albi Libr. tres. Ph. Wirt.: Croci Drachm. sex, Aq. fervid. Unc. decem, digesta per triduum exprimantur, in colatura solve Sacch. albi Unc. sedecim.

#### SYRUPUS DE CUCURBITA MESUES Ph. Wirt.

Rec. Cucurbitam sativam magnam, pasta pro pane involutam, coque cum pane in cliba no, e calente adhuc succum exprime, et ex Uncis duodecim, ad novem usque, et Sacchari Unc. sedecim Syrupum para.

SYRUPUS CUISINIERI vid. Syrupus Sarsaparillae compositus.

#### SYRUPUS CYDONIORUM Ph. Wirt.

Succi Cydoniorum ad tertiam partem evaporatione reducti Libr. unam et semis, Sacchari albi Libr. duas et semis.

#### SYRUPUS CYNOGLOSSI Ph. Gall. 1837.

Rec. Rad. Cynoglossi officin. concisae Unc. unam, Aquae frigid. Unc. sex, macerata ex prime adde Syr. Sacch. simpl. Unc. triginta duas.

SYRUPUS DEPURANS = Syrupus Sarsaparillae compositus.

#### SYRUPUS DEPURATIVUS MAJOUTT.

Rec. Rad. Saponar. Unc. quatuor, Bacc. Junip., Rad. Cappar. spinos., — Chiniae <sup>aa</sup> Unc. duas, Rad. Ari macul. Unc. unam, Eb. Arnic., — Fumar., — Trifol. libr. <sup>aa</sup> Unc. quatuor, Flor. Sambuc., Lign. Gujac., — Sassafras <sup>aa</sup> Unc. duas, Vini rubri Lagenas duodecim. Coque et adde Sacch. alb. Libr. quindecim, fac evaporare ad consistentiam Syrupi.

SYRUPUS DESSESSART vid. Syrupus Ipecacuanhae compositus.

#### SYRUPUS DIACODION. Mohnkopfsyrum. Sirop Diacode.

*Synon.*: Syrupus Capitum Papaveris, Syrupus Papaveris albi s. somniferi, Syrupus Mecomii, Diacodon liquidum. Schläfisyrum, Kinderruh. *Sirop de Pavot blanc.*

Rec. Capitum Papaveris ante maturitatem plenam collectorum, siccorum et contusorum Uncias duas,

Siliquarum dulcium Uncias duas et semis,

affunde Aquae communis Li-

bram unam et semis, et leni igne coque ad Unciarum decem remanentiam, sub finem coctionis adde

Radicis Liquiritiae concisae

Unciam unam et semis, in colatura dissolve

Sacchari albi Uncias sedecim.

*Vis:* somnifera.

Formulam illam usitatissimam satisque cinnam ex Pharm. Wirt. immutatam receperimus, cum qua Ph. Hann. 1833 et Palat. omnino, nec non Ph. Bor. ed. 5. pro rei summa congruit. Ph. Hamb. 1835. et Slesv.-Hols.: Capit. Papav. Unc. sex, Rad. Liquir. Unc. quatuor, Aq. comm. ferv. Libr. sex, macerata per noctem evaporare ad Unc. triginta colataram, in qua solve Sacch. albi Libr. quatuor. Huic formulae, mutatae quidem nec tamen emendatae, assentiri nequeo. Radix Liquiritiae longa digestione vel coctione principium austerum, fauces fricans emitit, quod brevi infusione intactum relinquitur. Ph. Gall. 1837: Extr. spirit. Capit. Papav. Gran. quatuor, Aq. dest. Unc. quatuor, solve, filtra, adde Syrup. Sacchari simpl. Libr. quatuor, tum coque in Syrupum. Ph. Austr.: Capit. Papav. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. octo, coque ad Libr. tres, sub finem adde Rad. Liquir. Unc. duas, in colatura expressa solve Sacch. albi Libr. unam et semis. Ph. Lond. 1836: Capit. Papav. Libr. tres, coque cum Aq. comm. Libr. sexaginta quinque ad Libr. viginti sex, cola, decoque ad Unc. octoginta, sepone, decantha, solve Sacchari Libr. quinque. Ph. Bavar.: Capit. Papav. part. tres, Aq. ferv. part. quindecim, digesta exprime, in colatura solve Sacchari albi duplum. Ceteras Codicum varietates omittamus.

#### SYRUPUS DIACODION CROCATUS Ph. Wirt.

Fit, si singulis Unciis Syrupi antecedentis (Ph. Wirt.) Croci Grana quinque adduntur.

SYRUPUS DIANTHI CARYOPHYLLI s. Tunicae, s. Tunicae Florum. Nelfensyrum. *Sirop d'oeilletts.*

Ph. Edinb.: Flor. Dianthi part. unam, Aquae part. quatuor, macerata exprime, solve in colatura Sacchari albi part. septem. Ph. Dubl.: Flor. Dianthi Caryophyll. Libr. duas, Aq. ferv. Libr. sex, digere, cola, in colaturee Libr. singulis solve Sacch. albi Unc. viginti novem. Ph. Wirt.: Infusi saturati Unc. novem, Sacchari Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Caprifolii ejusd. Pharm.

#### SYRUPUS DICTAMNI CRETICI.

Rec. Summit. Dictamni Cretici Unc. unam, Aq. dest. Dictamni Cretici Unc. triginta duas,

digere in balneo aquae per horas duas, tum  
cola et filtra, adde Sacch. albi duplum colatu-  
rae.

**SYRUPUS DIGITALIS.** *Gingerhutshyrup.*  
*Sirrop de Digitale.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Fol. Digital. Drachm.  
duas et Scrup. duos, Aq. ferv. Unc. sedecim,  
infunde cola, solve in colatura Sacchari pon-  
dus duplum.

**SYRUPUS DOMESTICUS** vid. Syrupus de  
Spina cervina.

**SYRUPUS DRASTICUS BORIUS.**

Rec. Syrupi Citri Unc. quinque, Pulv. Scam-  
monii Unc. semis, Croci Mart. aperit., Anti-  
mon. crud. laevig.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas.

**SYRUPUS DE DUABUS RADIBUS** Disp.  
vet. Vienn., Brand.

Rec. Rad. Petroselin., — Foeniculi  $\frac{aa}{aa}$  Unc.  
quatuor, Aq. comm. Libr. quinque, coque ad  
dimidium, adde Sacch. albi Libr. duas.

**SYRUPUS DULCAMARAE** Ph. Gall. 1837.

Rec. Stipit. Dulcamar. Libr. unam, infunde  
Aqua fert. Libr. duas et semis, cola sine ex-  
pressione, liquidum ponderatum sepone; resi-  
duo iterum infunde Aq. fert. Libr. tres, cola;  
huic colato alteri adde Syrupi Sacchari simpli-  
cis Libr. octo; evaporent ut, addito liquore  
priore colato, pondus Librarum octo efficiatur.

**SYRUPUS DYSENTERICUS** Ph. Paris. vet.

Rec. Rad. Rhei Drachm. duas, Cinnamomi  
Scrup. unum, Aq. Rosar. Libr. unam, separa-  
tim infunde Flor. Rosar. Unc. dimidiae, Aq.  
Plantag. Libr. unam, tunc adde Succi Berberum  
Libr. unam et misce, colaturee adde Sacchari  
albi Libr. duas et decoque in Syrum.

**SYRUPUS EMETICUS** Ph. Wirt., Palat.,  
Brunsv.

Rec. Vitri Antimonii hyacinthini subtiliss.  
pulveris. Drachm. duas, affunde Vini albi Rhei-  
nani Unc. duodecim. Stent per triduum, leni-  
calore in digestione; post per chartam bibulam  
filtratis, adde Sacchari albi Unc. triginta duas.  
Sola dissolutione et unica ebullitione, fiat Sy-  
rus, in vase vitro reponendum.

**SYRUPUS EMETICUS ANGELI SALAE**  
Ph. Wirt.

Rec. Vitri Antimonii, optime triti, Unc.  
unam, Cinnamomi, Rad. Zedoarie, Sem. An-  
gel.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duas, Santali rubri Unc. unam  
et semis, Croci Drachm. semis, infundantur  
Aceti rosati Unc. viginti; macerentur per vi-  
ginti quatuor horas, colentur et filtrantur, in  
filtrato liquore dissolvantur Sacchari albi Unc.  
viginti.

**SYRUPUS EMETINI.**

**MAGENDIE:** Rec. Emetini impuri Gran. tre-  
decim, Syrupi Sacch. simpl. Unc. sedecim;  
vel: Emetini puri Gran. quatuor, Syr. Sacch.  
simpl. Unc. sedecim.

**SYRUPUS EMULSIVUS.**

**Mandelshyrap.** *Siroop d'Orgeat.*

*Synon.:* Syrupus Amygdalarum s. amygdalinus.  
*Siroop d'Amandes.*

Rec. Amygdalarum dulcium Un-  
cias octo,

— amararum Uncias  
duas,

aquae communi frigidae per  
noctem immerge et pellicu-  
las digitorum pressione exue.  
Amygdalis excorticatis in mor-  
tarium aheneum altum immissis  
adde

Sacchari albi pulverati Li-  
bram dimidiad,

et contunde in pultem aequa-  
bilem, quam in mortario lato  
marmoreo optime contere; tum  
sensim inter assiduam tritura-  
tionem admisce

Lactis vaccini boni Libram  
unam,

et cola cum levi expressione.  
Residuum denuo cum

Lactis vaccini Unciis sex tri-  
tura,

et alterum cola cum levi ex-  
pressione. Emulsionibus junc-  
tis adde

Sacchari albi pulverati Li-  
bras duas et dimidiad,

Aquae Naphae Uncias duas,  
et absque calore sola agitatione  
solutionem Sacchari adjuva.

Sit Syrum albidos, saporis oleosi  
dulcis gratissimi, cum aqua mixtus  
emulsionem praebeat albissimam, ho-  
mogeneam. Non nimis diu paratus  
servetur. Evitari nullo modo potest,  
quod oleum atque parenchyma tempo-  
ris lapsu secernantur. Inservit emul-  
sionibus extempore parandis, et mix-  
turis adjicitur.

In conscribenda formula concinna Syrupi  
emulsivi rite parandi multa opera navata  
est. Eo summopere niti decet, ut Syru-

## 790 SYRUPUS ENULAE — SYRUPUS FLOR. PARALYS.

pus concentratissimus, homogeneus, quantum fieri potest diu servandus paretur. Amygdalae primum, ne aqua fervida ad pelliculas exuendas perfundantur, decet. Hac enim encheiresi Principium chemicum proprium, aqua soluble, quod Emulsinum vocant, coagulatur et Aqua sit insolubile. Ph. Bor. ed. 5 Amygdalas non decorticatas et cibratione tantum mundatas adhiberi vult. Hac re facilius emulsion sordidam induit speciem. Aqua frigida satis diu maceratae Amygdalae pellem faciliter perdunt; Aqua fervida superfusae brevissimo, tepida paullo majore temporis spatio. Ergo non nisi aqua frigida per horas decem ad duodecim, vel q. s., infusa adhibetur. Amygdalae amarae saporis grati causa adduntur. Emulsionem lacte vaccino parari proposui. Hac re albissimam, concentratissimam nec tamen minus diu servabilem fieri compertum habeo. Sacchari sextam partem cum Amygdalis contundi atque conteri jussum est, ut Oleum aquabilius cum liquore aquoso permisceatur. In duas portiunculas lac pro paranda emulsione adhibendum distributum est, ut Saccharum faecibus Amygdalarum inhaerens elixivetur. Denique suasi Amygdalas jam contusas in mortario plano etiam triturari. Hac operatione Amygdalae penitus a lacte suscipiuntur, et emulsion spissescit. Saccharum pulveratum, nullo calore adhibito, nisi gradus 40 non excedente, solvatur. Hic calor facile miscela parium voluminum aquae fervidae et communis fontanae producitur.

Ph. Hamb. 1835 nostrae formulae subsimilis, nisi quod Aquam loco Lactis vaccini, sicut omnes codices, prescribat. Ph. Hann. Sacchari ex toto Libras duas et semis, Aq. dest. Libr. duas et paribus cum nostra formula. Ph. Slesv.-Hols. et Hass. Amygdal. dulcium Unc. decem, Aq. comin. Libr. duas et paribus; Ph. Bor. ed. 5. Aquae Unc. quindecim, et Aquae Naphae Unc. tres, et paribus. Ph. Gall. 1837 Amygdal. dulc. Unc. octo, — amarumar. Unc. duas et semis, Aquae viginti sex, Sacchari albi Libr. quatuor, Aq. Naphae Unc. quatuor, Lagena Syrupi plenas inverse positas servari consultit. Sufficit has qualesunque varietates exposuisse.

### SYRUPUS ENULAE Ph. Wirt.

Rec. Succi Rad. Enulae defaecati Libr. unam et semis, Sacch. albi Libr. duas et semis; solvantur et fiat Syrupus, per pannum colandus.

### SYRUPUS DE ERYSIMO LOBELII, &c. comp. positus Ph. Wirt., Brunsv.

Rec. Erysimi totius recentis Unc. tres, Rad. Enulae, — Tussilaginis <sup>aa</sup> Unc. duas, Hb. Boriginis, — Cichorii, — Capillorum Veneris <sup>aa</sup> Unc. semis, Florum quatuor cordialium, — Anthos, — Stoechadis Arabicae <sup>aa</sup> Drachm. duas, Sem. Anisi Drachm. sex, Passular. mundat. Unc. duas. Incisa et contusa coquuntur in Aquae fontanae Libr. duabus et semis, Succi

Erysimi Unc. sex, ad remanentiam Unciarum octodecim in expresso liquore dissolvantur Sacchari albi Unc. tringita duae; fiat Syrupus. Ph. Gall. 1837: Rec. Hordei mundati, Passularum, Rad. Liquir. <sup>aa</sup> Unc. duas, Hb. Borig., — Cichorei <sup>aa</sup> Unc. tres, coque cum Aq. comm. Libr. sedecim ad quartam partem,cola fervida, et colaturam adhuc calidam infunde Hb. Erysimi recent. Libr. tribus, Rad. Enulae Unc. quatuor. Hb. Adianth. Canadens. Unc. unam, Summitat. Rorismar., — Stoechad. <sup>aa</sup> Unc. semis, Sem. Anisi Drachm. sex, digere per viginti quatuor horas, tum destillatione Unc. octo evoca, in quibus solvas Sacch. alb. Unc. sedecim. Seorsum cola residuum in vesica cum expressione, clarifica colatum sedimentatione, adde Sacch. albi Libr. quatuor et Mellis Unc. sedecim, para Syrupum, cui semi-refrigerato Syrupum supra expositum addas.

### SYRUPUS EXPECTORANS vid. Syrupus de Ammoniaco.

### SYRUPUS CUM EXTRACTO OPII Ph. Gall. 1837.

Rec. Syrup. Sacch. simpl. Unc. sedecim, adde Extr. Opii aquosi Gran. tredecim in Aq. dest. Unc. semis soluta.

### SYRUPUS FARFARAE Ph. Hamb. 1835.

Rec. Hb. Farfarae Unc. unam, Aq. ferv. Unc. octo, in colatura Unc. septem solve Sacch. albi Libr. unam.

### SYRUPUS FARFARAE E FLORIBUS Ph. Wirt.

Rec. Flor. Farfarae, sive Tussilaginis recent., Libr. unam et semis, affunde Aquae fontanae ferventis Libr. duas. Macerentur per viginti quatuor horas, exprimantur, et in colature Unc. novem solve Sacch. albi Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Caprifolii ejusd. Ph.

### SYRUPUS FERRI IODATI WACKENRODER.

Rec. Limatur. Martin. Drachm. unam, Aquae dest. Unc. unam, Iodi Drachm. tres, misce et sepone interdum agitando donec Iodum solutum, et liquor decolor factus fuerit. Filtra in patinam porcellaneam, quae continet Sacchari albi Drachm. sex, filtrum purum ablue et totum evapora donec Drachm. quindecim supersint.

### SYRUPUS FLORUM AURANTII, Syrupus Naphae. Pomeranzenblüthen-syrup. Sirop de Fleurs d'Oranges.

Rec. Aq. Flor. Aurantior. Unc. decem, Sacchari albi toti Unc. duodeviginti, leni calore solve ut fiat Syrupus. Omnes fere Codices Germaniae in hac formula consentiunt, ceterorum varietates afferre in re tam levi operae pretium non est.

### SYRUPUS FLORUM PARALYSEOS, sive Primulae Veris Ph. Wirt.

Rec. Flor. Paralyseos mundatorum rec. Libr. unam affunde Aquae fontanae ferventis Unc. de-

cem. Post sufficientem macerationem exprimantur, in colatura unica ebullitione dissolve Sacchari albi Unc. sedecim.

**SYRUPUS FOENICULI.** Fenchelsyrup. *Siroop de Fenouil.*

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Sem. Foeniculi contus. Unc. duas, affunde Aq. serv. q. s., colatura, post horas duas factae, Unc. quatuordecim adde Sacchari albi Libr. duas et solve.

**SYRUPUS FRAGORUM** Ph. Wirt.

Rec. Succi Fragor. depur. Unc. decem, Sacchari Unc. sedecim. Fiat lege artis Syrupus.

**SYRUPUS DE FUMARIA.**

Ph. Wirt.: Paratur e Succi defaecati et ad tertiam partis consumacionem inspissata Unc. novem et Sacchari Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837: Succi Fumariae defaecati, Sacchari albi <sup>aa</sup> par pondus coque ad Syrum.

**SYRUPUS GELATINAE SOUBEIRAN.**

Rec. Collae piscium Drachm. unam, macera per noctem cum Aq. commun. Unc. tribus, tum solve in balneo aquae, cola, et in colatura solve Sacch. albi Unc. sedecim.

**SYRUPUS GENTIANAE.** Gnjiansyrup. *Siroop de Gentiane.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Gentian. Drachm. duodecim, intunde Aq. servid. Libr. unam et semis, cola cum expressione, in colatura solve Sacchari albi Libr. duas.

**SYRUPUS GENTIANINI MAGENDIE.**

Gentianini (?) Gran. sedecim, Syr. Sacchari Unc. <sup>aa</sup> sedecim.

**SYRUPUS GLYCYRRIZAE** vid. Syrum Liquiritiae.

**SYRUPUS GRANATORUM.**

Ph. Gall. 1837: Rec. Succi Granator. Unc. sedecim, Sacch. albi Unc. triginta. Ph. Wirt.: Succi Granator. acido-dulcium depurati Unc. decem, Sacch. albi Unc. sedecim, solve.

**SYRUPUS GRANORUM KERMES** Ph. Wirt.

Rec. Coccionell. Unc. semis, optime tritae Aquae Rosar. et Cinnamomi sine vino <sup>aa</sup> Unc. duodecim, Salis Tartari Gran. duodecim, infundatur per noctem, addantur Sacchari albi Unc. triginta duas, Succi Granorum Kermes Unc. duodecim. Unica ebullitione fiat Syrum liquidis, qui per linteum coletur.

**SYRUPUS GROSSULARIAE** vid. Syrum Ribis.

**SYRUPUS GUAJACI.**

Rec. Pulv. Guajaci Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. semis, Aq. servid. Unc. quatuor; diger. per 1 diem et fiat Syrum cum Sacchar. Unc. quatuor. AUGUSTIN: Tinct. Guajaci ammon. Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab., Syr. emulsiv. <sup>aa</sup> Unc. unam.

**SYRUPUS GUMMI AMMONIACI** vid. Syrum Ammoniaci.

**SYRUPUS GUMMI ARABICI.** Gummisyrup.  
*Siroop de Gomme.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Gummi Arab. tot. Libr. unam, aqua frigida lava et adde Aq. comm. frigid. Libr. unam, interdum agita ut solvatur, sola sine expressione, adde Syr. Sacch. simpl. Libr. octo, coque ad justam spissioris Syrum consistentiam.

**SYRUPUS HAHNEMANNI.**

Rec. Mercur. solub. HAHNEMANNI Gran. duodeviginti, Gummi Arab. Drachm. unam, intime misce sine calore cum Syr. Alth. Unc. tribus.

**SYRUPUS HEDERAE TERRESTRIS.**

Ph. Gall. 1837: Rec. Summit sicc. Hederae terrestre Unc. unam, digere in balneo aquae cum Aq. Hederae Unc. triginta duabus, in colatura solve duplum pondus Sacchari albi. Ph. Wirt. sicut Syrum Betonicae.

**SYRUPUS HEPATIS SULPHURIS** vid. Ar-canum beccicum WILLIST (p. 99).

† **SYRUPUS HELLEBORI NIGRI COMPO-SITUS.**

Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. sex, Tartari solabilis Drachm. sex, Aq. serv. Libr. tres, colla post horas 24 et in colatura solve Sacch. albi Libr. duas.

**SYRUPUS HELICUM BOUDETI.** Schneiden-syrup. *Siroop de Limaçons.*

Rec. Helices Pomatisias viventes numero centum, aqua frigida ablue, testis separatis in frusta concide et coque cum Aq. comm. suff. copia, colatura expressae adde Sacch. albi Libr. duas, Vini albi generosi Libr. unam, clarifica albumine et coque in Syrum.

**SYRUPUS HELMINTHOCHORTI.** Wurmmoessyrup. *Siroop de Mousse de Corse.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Helminthochorti Libr. unam, digere cum Aq. tepid. Libr. duabus, post horas 24 colla cum expressione, filtra et pondera liquorum; residuo affunde Aquae tepidæ Libr. duas, macera, colla et filtra. Huic liquori adde Syrum Sacchari simpl. Libr. sex et evaporatione eo redige ut liquore priore addito Libr. sex efficiantur, tum cito colla.

† **SYRUPUS HYDROCYANICUS MAGENDIE.**

Rec. Acid. hydrocyanici Drachm. unam, Syrup. Sacch. simpl. Unc. sedecim.

**SYRUPUS HYDROIODATIS POTASSÆ.**

Rec. Kalii iodati Gran. duodeviginti, Aq. dest. Drachm. duas, Syr. Sacch. simpl. Unc. decem.

**SYRUPUS HYOSCYAMI** Ph. Gall. 1837.

Rec. Extr. Hyoscyami Gran. viginti sex, Aq. comm. Unc. semis, Syr. Sacch. simpl. Libr. unam.

**SYRUPUS HYPERICI** Ph. Wirt.

Rec. Flor. Hyperici recent. Libr. unam et

